



JOANNIS PIERII VALERIANI BELLVNENSIS,

DE LITERATORVM INFELICITATE

Libri Duo.

Valeriano Bolzani, Giovanni Pierio



AMSTELODAMI,

Apud CORNELIUM JOANNIS Bibliopolam prope novum Templum ad Scholas Latinas.

M DC XLVII.

[illegible]issimo Viro

GUILIELM[O]

BACKER[O]

Inclytæ

Amſtelodamenſis

Reipublicæ

CONSULI,

S. P

Valeriani Contarenus; sive de Literatorum calamitate, ob fortunæ incerta, dialogus. Hunc, in Musarum scriniis diu adservatum, juris fecit publici Aloysius Lollinus, Belluni, dum viveret, Episcopus: qui cùm autoris memoriæ, laudique vehementer faveret, extare etiam voluit inter cætera excultissimæ ejus eruditionis monumenta. Quandoquidem verò his in terris longè esset rarissimus, imò eruditorum paucis conspectus; idem tamen ob argumenti præstantiam lectu dignissimus, rem gratam me facturum putavi, si librum recuderem, *eisque nostris etiam hominibus* c

pi

piam darem majorem. Visum ita-
que est, Te potissimum, Spectatis-
sime Consul, Patronum adsumer-
cœpti operis; ut dignitatem, quam
in Italia auxit Bellunensis Epi-
scopus, apud nos continuaret Tua &
virtus, & auctoritas. Ea enim
utraque tanta sunt, ut cùm innu-
meros inde fructus perceperit Respu-
blica, majores tamen, melioresque
Te iterum Consule, sperare sibi au-
sit. Impulit me quoque devotioni
erga Te indicandæ studium; quam
cùm in magnis non possim, luben-
præsto in iis, quæ mearum sunt vi-
rium. Illa tamen tanta est, ac si
magnis foret; quantoque minor

*aleriani Contarenus; sive de Li-
erarorum calamitate, ob fortunæ
certa, dialogus. Hunc, in Mu-
rum scriniis diu adservatum, ju-
s fecit publici Aloysius Lollinus,
elluni, dum viveret, Episcopus:
ui cùm autoris memoriæ, laudique
vehementer faveret, extare etiam
voluit inter cætera excultissimæ
jus eruditionis monumenta. Quan-
loquidem verò his in terris longè
sset rarissimus, imò eruditorum
aucis conspectus; idem tamen ob
rgumenti præstantiam lectu di-
nissimus, rem gratam me factu-
um putavi, si librum recuderem,
nusque nostris etiam hominibus co-*

piam darem majorem. Visum ita-que est, Te potissimum, Spectatis-sime Consul, Patronum adsume-cœpti operis; ut dignitatem, qua in Italia auxit Bellunensis Epi-scopus, apud nos continuaret Tua & virtus, & auctoritas. Ea enim utraque tanta sunt, ut cùm innu-meros inde fructus perceperit Respu-blica, majores tamen, melioresque Te iterum Consule, sperare sibi au-sit. Impulit me quoque devotion-erga Te indicandæ studium; quam cùm in magnis non possim, liben-præsto in iis, quæ mearum sunt vi-rium. Illa tamen tanta est, ac si magnis foret; quantoque minor

cultatis nostræ potestas, tant
devotionis, & observantiæ
tudo. Vale Amplissime vi
inclytæ Amstelodamensis
bono vive incolumis.

Dignitatis Tuæ

Devotissimus cultor,

CORNELIUS JOA

DE LITERATORUM
INFELICITATE,

Liber Primus.

CUM proximis dieb famâ, de Clement Septimi, Pontificis Ma ximi, obitu vanis rumo ribus evagatâ, Hippolytus, & A- lexander, nepotes ejus, Romam expeditissimis itineribus profecti essent; lentiùs ego cum comitatu domestico subsecutus, postero quàm in urbem ingressus sum die, nihil antiquius duxi, quàm Ga- sparem Contarenum, Oratorem Venetum, invise

ſupplicaturus inviſerit, erant e-
nim luſtrici dies, quos unoquo-
que anno quadragenos purifica-
tioni conſecravit noſtra pietas.
Vixq. pulſatis foribus herum do-
mi non eſſe, & eò profectum re-
ſponſum acceperam, iterq. ſimul
ad Petrum Melinum, illiſce ædi-
bus haud procul habitantem, ver-
teram, cùm amici jucundiſſimi
Laurentius Grana Siginorum
Antiſtes, & Angelus Colotius in-
comparabili probitate vir, Græ-
cè, & Latinè doctiſſimus, mihi
obviam facti ſunt, quos cùm ſalu-
taſſem, &, quò tenderent, inter-
rogaſſem, ad rariſſimum hunc,
ædes indicantes, virum vultu ad-
modũ hilari reſponderunt. Qui-
bus ego, fruſtra inquam, hodie
huc acceſſiſtis: nam ego quoque
eum ſalutaturus huc adveneram;
verùm eum domeſtici pulvinaria
ſeptem inviſiſſe ajunt; quare nul-
la reliqua ſit ſpes, ut hominis con-
ſpectu hodie fruamur. Sed quid
obſecro negotii vobis apud illum
eſt? quamquam inſulsè me hoc
interrogare ſentio, qui probatiſ-
ſimos, literatiſſimoſq. viros per-
con-

nisi ut ab ejus congressu beatiores quodammodo discederemus; quod & semper contigit, & heri,& nudius tertius maximè beati visi sumus, cùm magno nos errore liberavit, qui literatos omnes ad ærumnas, & infelicitates nasci,hoc præsertim tempore,suspicari cœperamus: eam ille opinionem sapientissimâ disputatione sustulit, &, ne nos horum studiorum usque adeò pœniteret, fecit. Hic ego, Granam nunquam neque temerè, neque fictè loqui solitum, longâ doctus con-

obſecro inquam, mi Grana P
tifex, & tu Coloti, nequaq
mihi ſermonis iſtius, quo v
Contareno beari aſſeritis, ex
cationem invideatis, ut hinc r
rorem leniam, quem ex non
vento Gaſpare concepi. Hic
lotius.

Jamdudum enim, ut ex v
animadvertebam, erumpere
ſtiebat, ſed Pontificis, qui l
cœperat, reverentiâ ſubtice
Quem, inquit, ſermonem qu
Pieri, niſi quantum ad nos p
net, calamitoſum, miſerum, &
felicem; quantum verò ad C
tareni ſapientiam ſpectat, n
riarum omnium medelam, &
levationem. At cujuſmodi tā
fuit, inquam; quam diu me
deſiderio torquebitis? Dicer
inquit Colotius, ut etiam
Pontifice Grana loquar, & tc
rei ſeriem, unde orta eſt, &
pacto proceſſit, memoriter
plicabimus: cupimus enim t
hoc explere deſiderium. Se
nim, quia platea hæc Agor
tam longæ repetitioni incom
da eſt, poſitas è regione Me

... Optimè, inquit Grana;
quò enim libentiùs Contareni
exclusi colloquio divertamus?
Opportunissimè, inquam ego:
nam quia Contarenum domi non
offenderam, ad Melinum rectà
dibam. Hic Colotius sublatâ
n ore manu, ò Geniorum in-
t, vim, atque concordiam! ò
per unanimes, quos idem affi-
tudium! nam rebus etiam a-
lis spectrum idem eodem in-
tempore, & quod antiquis-
ait Poëta: ἄγει θεὸς τὸν
ς τὸν ὅμοιον. Sed ecce vo-
elinum à limine nos invi-
n; in tempore omnia. Cùm
ingressi essemus, & Meli-

accesseramus, domi pon inveneramus. Rectè suscepit Melinus, sermonis hesterni mentionem Pontifex fecisti. Nam hodie vestrûm aliquem ardentissimè cupiebam, quem percontarer, quiq. rem omnem mihi pernarraret; siquidem in hoc ipso limine consistenti mihi heri admodum vesperi Ioannes Antonius Pollio ex æquo summam complexus erat, sed quia festinandũ illi erat ad Pontificem Maximum, ut cænanti adsisteret, diutiùs mecum morari non potuit, mihique meo unius commodo illi esse incommodum religio fuit. Ajebat autem se interfuisse sermoni vestro, & ita me unâ tantum scintillâ incenderat, ut noctem hanc præ desiderio inquietiorem habuerim, erámque nunc puerum ad aliquem vestrum missurus, quando ipse ad vos accedere non poteram: nostis enim qua me de caussa eontineam domi, quique hostes clam capiti immineant meo; sed agite jam, quicquid illud fuerit, explicate. Dicam, excepit GRANA, & primus dicam, quia me nuper, ut ad

teirem, per chirographum invitaras, & Colotius ex itinere fessus est, ab hortis enim suis, ex pedibus etiã laborans, huc venit. Accesseramus heri ad Contarenũ Colotius, & Joannes Antonius Pollio mecũ; quòd quidem per hos dies, quibus Princeps gravi adeò valetudine ducubuit, otiosiorem hunc nacti, frequẽtiùs feceramus; multaque inter alia de literis, & literatis per unamquamque ætatem percurreramus. Ad hæc quæsitũ à declinatione Imperii Romani, quænã ætas literis magis florere visa fuerit: neque ulla comperta est, quæ tempori nunc elabenti anteferenda videretur. Tam clari octuagesimo abhinc anno viri extitere, qui certare cum antiquitate, alii ingenio, alii eruditione, alii eloquentiâ, comperiuntur. Cúmque deventum esset ad eorum nomenclaturam, urbes aliæ vix unum, aut duos, aut tres ad summum habuisse deprendebantur, quos in hoc album referre congruum videretur; urbem autem Romam, utpote communem orbis totius patriam, ita litera-

torum copià fertilem, & abundantem intuebamur, ſive ipſa ſuos oſtentaret, ſive peregrinos gremio ſuſceptos aluiſſe, & inter ſuos fouiſſe gloriaretur; ut in ea ipſa demum per annos aliquot major literatorum proventus fuerit, quàm in reliqua univerſa Italia. Quo conſtituto, interrogavit POLLIO Contarenũ, an eo ipſo judicio eſſet, & qui multorũ mores hominum cognoviſſet, urbéſque, & nationes varias perluſtraſſet, ita, necne eſſe comperiſſet. Quo ita quidẽ eſſe affirmante, quæſivit inſuper ex eo, quantum Romanis delectaretur ingeniis, quem uſum, aut fructum ex eorum conſuetudine perciperet. Hîc CONTARENUS profundiſſimo ſuſpirio ducto, nullũ mehercle, inquit, tempus fuit, ex quo literarum ſtudiis delectari cæpi, ut non hoc unum maximè concupierim, occaſionem aliquando mihi dari Romam inviſendi, ut quæ hîc florere ingenia omnium prædicatione acceperã, præſens *inſpicerem*; & optatiſſimâ eorum *fruerer* conſuetudine. Accidit au-

tem ſuperiore anno, ut vix ad Senatũ meum retulerim de iis, quæ in Hiſpana legatione apud Carolum Cæſarem geſſeram, cùm me patres, civéſq; mei, Legatum ad Pontificẽ ſummum deſtinarunt: quod quidem munus, & ſi alieniſſimo tempore mihi demandatum intelligebam, turbantibus non totius modò Italiæ, ſed orbis univerſi rebus, & Pontifice ipſo, qui ex arce Ælia profugerat, propemodum extorre: in eam tamen erectus ſpem, ut vel ſuâ ipſe providentiâ motus, vel meo, & aliorum conſilio perſuaſus, ad ſedem ſuam, ſedatis aliquando Romæ rebus, reverteretur, atq; ita Romã vidẽdi cauſſa, & opportunitas mihi concederetur; aliquanto hilariùs provinciam ſuſcepi. Pontificem itaque, cùm Romam reviſere conſtituiſſet, ſubſecuti ſumus. Sed is ſtatim graviſſimo, quo affectus eſt morbo, magnâ nos identidem ſollicitudine affecit; quam ut quoquomodo lenire conaremur; quoniam Principe tam malè affecto nullus erat negotiis neque publicis, neq; privatis lo-

cus,eò me converterã, ut vestrorum ingeniorum cognitione,consuetudinéq; me oblectarem. Sed, bone Deus,cum primũ cœpi Philosophos,Oratores,Poetas,Græcarum, Latinarúmque literarum professores,quos in Commentario conscriptos habebã, perquirere, quanta, quámque crudelis tragœdia mihi oblata est,qui literatos viros,quos me visurum sperabã, tanto numero comperiebã miserabiliter occubuisse, atrocissimáq;fati acerbitate sublatos,indignissimisq;affectos infortuniis, alios peste interceptos, alios in exilio, & inopia oppressos, hos ferro trucidatos, illos diuturnis cruciatibus absũptos,alios, quod ærumnarũ omnium atrocissimũ arbitror, ultro sibi mortem conscivisse. Quæ quidẽ tot excellentium hominum calamitates,primo eo impetu, quanto me dolore affecerint,vix unquam fando explicare possem. Quòd nisi vos saltem,& paucissimos alios comperissem,meæ me istuc profectionis, meique hujus invisendi Romam studii pænitere jam occœ-
per-

...ntum; Miſerum ...quit, & lamentatione dignum eſt, non inficior, tot claros literaturâ viros Romæ jam brevi temporis curriculo, &, quod infelicius eſt, miſerabili ferè omnes mortis genere defeciſſe. Sed hujuſmodi clades, quo majori numero editæ ſunt, eò ſunt deteſtabiliores. Longè igitur miſeriùs, atque flebiliùs eſt, per univerſam etiam Europam ætate noſtra bonas literas ita fatorum inclementiâ vexatas, ut nulla jam provincia ſit, civitas nulla, nullum oppidum, in quo quadrageſimo abhinc anno non aliqua ... lamitas ...

merare possumus, qui felici usi vel vitâ, vel senio, leniori mortis genere occubuerint; &, ut vera vobis fatear, quoniam hæc iniquioris fortunæ tela literatos præcipuè conficere videntur, quamvis ego horum hominum industriam, & virtutes unicè amem, observémq;, eorũ tamẽ of sensus damnis, ærumnosissimũ re rũ omniũ arbitror scire literas

Ætate autẽ nostrâ boni omn perpetuâ quadã calamitate ex gitati, aut vitam, aut mortem s titi sunt infelicissimam. Nam tantùm ante oculos mihi pro no, quorum, dum viverent, vi nobis in conspectu clara,

tur, dum Romæ apud Alexandrum Sextum, Pontificem Maximum, Venetæ nobilitatis nomine Oratorem agit, ſummiſq; vigiliis intermortuam bonarum literarum, neque non & diſciplinarum gloriam ſuſcitat, ob ſuſceptum inconſulto Senatu ſuo Aquilegienſe ſacerdotium, exſul factus, & de poſſeſſione ejectus, vitam inopem aliquandiu traxit, Alexandri Pontificis ſummi ſportulâ quodammodo ſuſtentatus, paucis verò pòſt menſibus peſtilentiâ contactus, deſertus ab omnibus, infeliciſſimo mortis genere oppreſſus eſt: quique laudatione, & eloquentiâ ſuâ innumeros ætatis ſuæ homines illuſtraverat, & funere, & honore ſepulchri ita defraudatus eſt, ut ubi ſepultus, quòve hominis cadaver conjectum fuerit, ignoretur.

Chriſtophorus Marcellus.

Proximis autem diebus Chriſtophorus Marcellus, ut noſtri ordinis homines percurram, ſingulare veſtri patriciatûs ornamentum, quo ingenio, qua doctrina, qua eloquentia, qua inſuper morum integritate vir, ipſe quo-

quoq; longè aliâ fortunatâ, atq; ejus pietas, & dignitas postulabat, indignissimóq; tali probitate, & eruditione exitu surreptus est nobis. Primarius enim Corcyrensiũ Flamen Clementi nostro, Pontifici Maximo, ob egregias has animi dotes acceptissimus, dũ in dies longè amplioribus ab eo honoribus honestandus est, in proximã incidit Romanarum rerum calamitatem, ex qua ab Hispanis, qui nuper urbem Romam clàm aggressi captam diripuere, in captivitatẽ ipse abactus, bonis & suis, & suorum omnium expoliatus, quæ immanissimorũ hominum, Italici nominis odio, crudelitas fuit, multis affectus tormentis, cùm intolerabilia, quæ illi flagitabant, tributa solvendo non esset, perditisq; rebus omnibus, qua se spe, vel cujus auxilio, & ope sustentare posset, nõ haberet, Cajetæ animam miserabiliter exhalavit. Ajunt enim Hispanos, posteaquam se auri, quod poposcerant, spe dejectos intellexerunt, *clarissimum* hunc virum catenâ *religatum*, nudum sub Dio ad arboris

ciatus, fame insuper, & vigilia, & diurni, nocturnique aëris inclementiâ necatum.

Camillus Portius. Camillus Portius, ut meos quoque cives, in ſcenam hanc inducam, quantæ fuerit celebritatis, ignorat nemo, ſive ille Romanam cathedram magno omnium ſtupore, & admiratione decoraret, ſive pro roſtris declamaret, ut nihil ejus dictione ſuavius, nihil jucundius, nihil expolitius haberetur. Is tamen ſimulac ab Leone Decimo Pontifice Maximo Aprutinæ eſt Eccleſiæ præfectus, acerbiſſimâ diuturni cujuſdã morbi, nulli medicorum cogniti, cor-

& Patauii, & Venetiis apud nobilitatem vestram summâ omniũ commendatione, & gratiâ complures annos Græcas literas docuisset, & doctrinæ nomine ab Leone Decimo, Pontifice Maximo, duplici flaminis honore decoratus, à Julio, ejus Pontificis fratre, tunc Cardinali sacerdote, qui nunc est summus Pontifex, in amicitiam susceptus, magnâ omniũ dilectione coleretur, nescio qua tamen animi mæstitia clam exulceratus, ut qui nõ modò non dignitatem ullam, aut beneficii commodum in eo vitæ colore duceret, qui hominum opinione judicatur amplissimus, sed sibi summâ in libertate versari solito, summam etiam deformitatem, & miseriam arbitraretur, in occultum ex ea cura incidit morbum; cujus nulli Medicorũ caussâ cognitâ, interq; tacitas anxietates, miserrimasq; fortunæ suæ deplorationes diutissimè vexatus, expiravit. Hæc cùm verbosiùs fortè, quàm tanti viri reverentia postulabat, ore excidissent, utq; importunitati meæ veniam dare

pos

postulassem: Immò perge, ait Contarenus, &, si qua hujusmodi exempla habes, quæ infelicia putes, omnia profer in medium. Hic ego audentior factus, Quid inquam, unquam lætabile habuit Hadrianus Cardinalis Cornetanus, emunctissimæ latinitatis auctor, beneficio Alexandri Sexti Pont. Max., cui fuerat à secretis, ad id honoris evectus, sub Iulio Secundo Pont. Max. mox exul factus, & acerbissimis percussus edictis, annos aliquot in Germanicis Rhetorum alpibus obscurâ, & sordidâ peregrinatione delituit. Defuncto mox Iulio, eique Leone suffecto, profanissimæ in talem Principem conjurationis conscius fuit, qua patefacta, veniâq; ab humanissimo Pontifice impetratâ, diplomatéq; absolutionis accepto, suæ stimulo conscientiæ exulceratus, noctu clam fugam arripuit, neque quò abierit, neque ubi sit, quattuordecim jam annorũ spatio quisquam potuit explorare. Constans tamen opinio est, eum insuto in interiorem toracem auro oneratum, co-

Hadrianus Cardinalis.

mitis famuli perfidiâ oppressū, ..
roq; surrepto cadaver in solita..
aliquem locum abjectū occult..
ri. Huic exemplo nō absimili ac.. ..
ciendus est Alphonsus Petruci..us,
Pandulphi, qui Senas quam diu
vixit, quietâ semper dominatione
rexerat, filius, Græcis, Latinisq;
literis à Severo Monacho non leviter
eruditus, à patreq; ob ingenium
ad disciplinas aptum sacerdotio
destinatus, ab Iulio II. Senatoriâ
purpurâ, Cadinaliq; pileo
decoratus. Is puer admodū à Borgesio
germano fratre, jā tum puero,
& paternæ administrationi
aspirante cultro impetitus, parū
abfuit, quin ad vitæ perniciem jugularetur.
Nam fœdā in gutture
cicatricem dissimulare nunquam
potuit. Ubi adolevit, & in sacro
Senatu Romæ Rempublicam administrare
cœpit, Leonis Decimi
tempore rerum Senensiū suspicione
alienatus à Principe, fœdissimæ
illi conjurationi, quæ in Leonis
vitā facta est, non solùm interfuisse,
verùm etiā præfuisse delatus
est. Quâ detectâ cùm ipse captus,
& in carcerē conjectus, convictusq;

excedens, fracto
gutture ſublatus eſt. Sed enim, ut in hoc fortunæ ludibrio nihil ulterius quæramus, Leo X. Pont. Max., nullo nõ doctrinæ genere inſtitutus, Græcis, Latiniſq; literis optimè eruditus, acerrimiq; judicii vir, & ſeu ſolutã orationẽ ſcriberet, ſeu carmẽ pangeret, laudẽ in utroq; meritus, infelicitatis inſidias evaſiſſe fortè videatur, qui vixdum ex juventa egreſſus ad Pontificatũ ſummo gradu, auctoritate, & opibus florentem, evectus ſit. Sed ſi quis etiam præteritis iis, quæ anteactâ ætate pertulerat, exilio, egeſtate, peregrinatione, captivitate, & innumerabilibus aliis ærumnis,
inſpexerit

ĩororum morte exulceratu
maturo Iuliani fratris,quer
quam oculos ſuos amabat,
tu, mox & unici nepotis,
fratris germani filii, jam tum
briæ Ducis, jam Francorum
gis affinitate dignati, vulner
thali ſub obſidione cujuſdar
ſtri accepto, ad vitæ uſque de
rationem adducti, pauciſq;
menſibus ex diuturnâ, qua c
putruerat elephantia ſic flo
ætate abſumpti, funere grav
contriſtatus, conjurationibus
mum multorum, atque etiam
timorum in vitæ diſcrimi...

cæperat, ſubitaneo, breviq; morbo exceptus, interturbata, ſubverſaq; omnia dereliquit. Quodque longè infelicius bono Principi fuit, ab obitu cùm maledicentiſſimis omniũ libellis infamatus eſſet, in Senatu toties de nomine, deq; actis ejus abolendis per adverſæ factionis hoſtes actitatum. Quod nulli antea Pontifici poſt obitum accidiſſe neque legimus, neque meminimus. Adde omniũ ferè literatorum amicorum querelas, qui tranquillitatem ſub literato Principe ſibi quiſq; ſuam propoſuerat, cùm ea decepti ſpe, vix duobus, aut etiam altero ad ſummum exceptis, in miſeria, & calamitate omnes deſtituti jacuerint. Hic tacuerat Grana, quaſi aliorum, ſiqui memoriæ ſuccurrerent, caſus meditaretur: tacebant & alii omnes, dum unuſquiſque magnum fortunæ ludibrium in Leone ſecum taciti meditabantur; tantum, talémque Pontificem ad benè de univerſo humano genere promerendum, genitum, eo ipſo tempore interceptum, ſuſpirantes, quo, ſi paululum ſupervixiſſet,

Decimi, si quis æquè rem perpendat, locupletissimum humanæ infelicitatis exemplum esse, sed tua hæc Pontificum tot tam summorum, quàm inferiorum, commemoratio admonuit me Jani Quinqueecclesiensis Antistitis, quem quia vobis ignotum arbitror, qui res Pannonicas haud ita fortè curaveritis, quia tamen is vir admodum probus fuit, & literatum principatum in ea Provincia tenuit, quod mihi superiore legatione meâ, à Leone Decimo demandata, satis exploratum est,

non incelebrem eo tempore Grammaticum nactus, sub eo ita profecit, ut elegiarum scriptor non inelegans haberetur: in patriam demum ad Matthiam Pannoniæ Regem se contulit, paucisque post diebus beneficentissimi in literatos omnes Regis voto Quinqueecclesiensi est ecclesiæ præfectus. Sed diebus multò pòst paucioribus vehementer quosdam expertus est invidere dignitati suæ, à quibus cùm fœdè calumniatus esset, Regi, viro alioqui optimo, sed nimirum credulo, suspectus adeò esse cœpit, ut pro delato nuper honore vita hominis deposceretur. Quod periculum Janus cùm impendere sibi perspexisset, fortunámq; non solum adversam, sed funditus eversam intelligeret, declinaturus Regis ferociam, speránsq; diem veritatis parentẽ meliora paraturã, apud amicum, collegiatæ cujusdam ecclesiæ præpositũ, instituit delitescere, ibiq; omnibus ornamentis, atque præsidiis privatus, iisque amissis, quæ erat maximis & laboribus, & vigiliis adeptus,

mise-

miſerabili ſolitudine ita co
buit, et plenus timoribus , &
ſeriis, nulli deinceps neque co
tus, neque viſus, gravi, diutu
que dyſenteriâ vexatus, occ
buerit. Clanculùmque ab hoſp
te in arcam pice oblitam incluſu
per duos fermè annos inſepultu
adſervatus eſt. Neque perpetua
tamen fuit Matthiæ Regis indig-
natio, qui aliquo poſt tempore,
cum furor iſte deferbuiſſet, de Ia-
no demum cogitare cæpit; miri-
ficum enim huic ſuccerat Iani de-
ſiderium, diuque de homine per-
conctatus, cùm inveniri nuſquam
reperiſſet, præmium etiam indici
propoſuit; fortéque accidit, ut
Rex ergò rei ſacræ templum id
inviſeret, cui Iani hoſpes præfe-
ctus erat: qui ad Regis pedes ac-
cedens veniam prius deprecatus
eſt, quòd tanti Regis exulem a-
pud ſe recepiſſet: quâ impetratâ,
ſi vis inquit, ò Rex, Ianum tuum
invenire, diætas noſtras inviſere
ne graveris, ibi enim Ianum apud
me latitantem deprehendes. Ni-
hil conctatus Rex contiguas tem
plo hoſpitis hujus ædes ingredi
t

...fabrefacto ... arce fam
...ic, inquit, Janus tuus jam bien-
nium delitescit, & tui, & Re-
gum omnium securus. Quare te
obsecro, ut promissi præmii loco
patiare tantum cadaver ejus, ut
Præsulem decet, honorificè sepe-
liri. Conversum est Regis gau-
dium in apertissimam mæstitiam,
atque misericordiam, & Æedituo
non tantùm indulsit, ut Janum se-
peliret, verùm pro officio, & pie-
tate, quam erga Janum exhibue-
rat, eum in ejusdem ecclesiæ, cui
Janus præfectus fuerat, Episco-
pum surrogari procuravit. Eo-
que tunc demum tempore Ianus
Regis sui judicio honestatus est
...uo nullo honorum ...
...terat ...

Præsul. Namque is egregiæ indolis, & elegantis litteraturæ juvenis, fatorum primùm acerbitatem tunc expertus est, cùm repentino de cælo tactus fulmine vestimentis ob os incensis, ita territus est, ut parum abfuerit, quin extingueretur; paullò post pestilentiâ illâ correptus, quæ cum Adriano Sexto advecta Romam invasit, uti ejusmodi in contagione fieri solet, à clientibus omnibus derelictus, unius Benedicti fratris germani, qui nunc sacerdos Cardinalis est, ope,

de profectu ejus excitata
ſpem cum omnium mœro
fellit. Et ut à noſtro demu
dine recedamus, nunquam A
nii Maroſtici ſine dolore m
nerimus, quẽ veſtra, Contar
regio ad nos miſerat, quem
lotius, quem docti omnes Ro
& amabant, & venerabantu
dum apud Cardinalem Piſani
honore habetur, & diu expec
tam ſtudiis ſuis quietem jamjã
ſomniat aſſecutum, repentinâ
pidemiæ contagione corrept
vix triduum tanto ſuffecit cruci
tui. Mortuus igitur eo modo, e
afflictiore quàm cæteri conditio
ne fuit, quod pler

carum ſcientiſſimus, quas non
multi barbarè, ſed vel Græc
vel Latinè, idque caſtigatiſſi
profitebatur, miræ prorſus in d
cendo dexteritatis, & diligenti
Ægidium Cardinalem in Hiſpa-
niis nactus, qui magnis de rebus
ad Carolum Imperatorem pro
Chriſtiana pietate miſſus fuerat,
rariſſimam hominis eruditio-
nem, & ſapientiam admiratus,
eum in Italiam ſecutus, cùm Ro-
mæ doctrinam ſuam propalaſſet,
eruditorum omnium concurſu
frequentari cæpit, mox rebus
tunc florentibus Romanâ cathe-
drâ honeſtatus in ea incidit tem-
pora, quæ omnium calamitoſiſſi-
ma ſemper appellabuntur, à la-
tronibus enim Romæ vaſtatori-
bus malè habitus in ipſo juven-
tutis flore peſtilentia, quæ ſtatim
in cladem illam incubuit, fertur
abſumptus. Ingemuit Colotius
ad amici tam docti recordatio-
nem, & Pollio ſuſpirio viſus
eſt eum deſiderare, addidit-
que Contarenus ſe, & apud
Venetos ſuos, & in Hiſpa-
niis celeberrimum hujus juve
ni

nis nomen audivisse.

Mox ego. Hieronymi autem Carbonis viri ex nobilitate Neapolitana summi gloria longè clarior est, quàm nostro possit crescere testimonio. Hic inter eruditissimos à Pontano celebratus, ab Actio summè commendatus, doctissimis ingenii sui monumentis eruditorum de se omnium expectationem exæquarat. Neque tamen is, qui totum vitæ tempus bonis artibus impenderat, eamdem hanc inclementiam fati potuit evitare. Siquidem gravissimo eo, & pestilentissimo anno, quo Roma toties direptionibus objectata est, in Neapolitano ille otio quietus, pestilentia oppressus infeliciter occubuit.

Hieronymus Carbo.

Hunc sequutus idem Petri Gravinæ exitus, cujus tam morum, quàm scriptorum elegantia nimirum exigere videbatur, ut qui per innocentiam, & laudabilem studiorum industriam vitam omnem exegerat, æquiore frueretur fato. Hic tamen ea correptus pestilentia, quam Hispani

ni Romæ prædatores Neapo
intulere à cariſſimo quoque d
ſtitutus in eà miſeriâ defecit. A
Ioſiphon Samuelis. dam his Joſiphonta Samuelis, qu
Iulius Secundus Pont. Max. aſſ
duè uſus eſt Medico, filiũ, qui Ph
loſophiæ, & Mathematicis impẽ
ſiſſimam operã navaverat, liter
Hebraicis ſub ipſo patre mirifi
eè profecerat, neq; patriâ eâ con
tentus eruditione, Græcas etian
affectaverat, Latinas autẽ ita didi
cerat, ut & vorſæ, & prorſæ ora
tionis candore, & elegantiâ, æqu
les omnes Romæ provocaret, æ
quumq; cum univerſa juventur
pedem ferret. Moribus ad hæc in
tegerrimis præditus erat, ut nihi
in juvene præter Chriſtianæ pie
tatis cognitionem deſiderares. I
autem iniquiſſimis, atque acer
biſſimis incommodis, multiſqu
jacturis, & bonorum ſuorum di
reptionibus, afflictus. Nam ſta
tim poſt patris obitum fortuna
ſuas eò diſſipari ſenſit, quo pa
ternus ſervus arcâ ejus numma
riâ perfractâ multis nummorun
aureorum millibus ſurreptis, By
zantium uſque profugit. Eu
ſ

Pontificis Romani explor
delatus, ægrè vitam à Turc
crudelitate defendit. Rede
infectâ, fortunâque modis o
bus eâ peregrinatione miser
liter afflictâ, Romam se rec
rat, cùm ecce haud multos
annos calamitosissima Ro
tempora accidere. Ita ille sc
ratissimo latrocinio expoliat
captus, excruciatus, quæ temp
ris illius fuere miserrima quæq
perpessus est, cùmque à latron
bus quattuor die noctuque c
stodiretur, qui magnam ab eo p
cuniarum vim efflagitabant, in
tempestâ nocte custodiis somno
vinoque sepulti-

riolo angustissimo contectu cùm neminem haberet, qui vel aquæ haustum subministraret, miserrima fame, sitique potiùs quàm morbi turculentiâ superatus interiit. Commemorare autem vobis plerosque alios possem, qui adeò hac tetra labe contabuerunt, sed mihi succurrunt alii vel ferro, vel violentiori aliquo mortis genere exanimati, quorum sortem nemo non miserabilem arbitretur.

Hercules Stroza. Hercules enim Stroza tam generis, quàm ingenii nobilitate clarus, Poëta nostro tempore non incelebris, quàm luctuoso nobis ereptus funere? dum enim ab amici cæna noctu se domum recipiebat, Ferrariæ, urbe patria, in latronum incidit globum, contra quorum impetum crudelissimum salutem suam defendere non potuit, statimque multis acceptis vulneribus, virenti adhuc ætate vitam indignantem multo cum sanguine fudit. Neque unquam, qui vim illi attulisset, inventus est, nisi quòd potentiorum

rum inimicitias ſuſcepiſſe ferebatur. At Ioannes Regius Venetus ſub Alexandro Sexto Palatinus Bibliothecarius, vir dubio procul & Græcè, & Latinè doctiſſimus, dum ſtudiis bonarum artium operam navat indeſinentem, ſuaſque res tantum agit, iniquiſſimo Alexandri Sexti tempore in arcano proſcriptorum albo poſitus, dum bona ejus appetuntur Viterbii, quò ſe valetudinis cauſa receperat, veneno ſublatus eſt. Scripta ejus in Plutarchum plurima ab iis, qui alienæ invidebant gloriæ, ſuppreſſa partim evanuere, partim laudem furibus peperere. Codrus autem Urceus Ravenas, multæ, variæque doctrinæ vir, eruditiſſimis pleriſque ſcriptis, quæ nunc edita ſunt, omnibus innotuit. Is quoque ſanguinariâ peremptus eſt morte, ab adverſæ factionis latronibus fædiſſimè trucidatus. *Ioannes Regius.* *Codrus Urceus.*

Noſter autem Mutius Arelius Mantuanns, magno, & eleganti juvenis ingenio, linguâ prius noſtri temporis Italicâ ſeſe *Mutius Arelius*

pauculos nescio quot menses in eo vixerat otio, cùm per multos dies à domesticis desideratus, in puteo demum quodam aquæ profundissimæ & ipse, & ejus mula reperti sunt exanimati. Eandem fatorum inclementiam expertus & Paulus Bombasius Bononiensis, qui Latinas, Græcasque litteras Neapoli summa cum laude publicè professus, à magnæ celebritatis Cardinali *Pucio* Romam accersitus, ab eoque in honore habitus à secretis

Paulus Bombasius.

fuit,

la urbem Romam invaſit, qu
captâ, cùm is Mæcenatem ſuum
iu arcem Æliam confugientem
ſubſequeretur, ſuperveniente ſi-
cariorum globo oppreſſus, im-
manem cædem evitare non po-
tuit. At quanto miſerabilius pe-
riit Donatus Polius vir Florenti-
nus, Romanæ cathedræ profeſ-
ſor, Leoniſque Decimi familiari
tate non ignobilis, in quo multa
erant & reconditæ literæ, elo
quendi vis non erat. Is enim
quodam puero, qui homini ſer
viebat, ſpe predæ, noctu, adact
in frontem malleo, trucidatu
eſt, cùm alioqui pauperrimus vi
tam ſemper egiſſet duram, & in
... indignitate miſerabilem

... unquam ad cænam
hibuit, neque aliorum ipſe
ſas affectavit, quod fa
aliquis dicat, niſi ſolitudine
& moleſtum, & pericul
eſſet. Is autem inopinatâ
ventus morte à caupone vici
qui quotidiana edulia hor
venditabat, contationem ad
rante, quòd jam triduum n
apparuiſſet, & per hortuli
neſtellam quandam ingreſſo i
ter libros, quos humi ſtrato
ſtratus & ipſe lectitare conſue
rat, ſempiterno oppreſſus ſo-
mno repertus eſt. Simile mor-
tis genus ſortitus eſt Antonius
Amiterninus cathedrâ Romanâ
celebris, Iulii Medici Cardi-
nalis, qui nunc ſummus Ponti-
fex eſt, in Grammaticis, &
Oratoriâ præceptor, anno an-
tea quàm is ad Pontificatum
aſcenderet, peſte Hadrianeâ
Romæ

Antonius Amiterninus.

Romæ ſæviente profugerat. Inde librorum ſcriptorúmque ſuorum deſiderio incenſus, ut hujuſmodi ſupellectilem, vel ut nonnulli volunt, reconditam pecuniam auferret, reverſus Romam, & domum ſuam ingreſſus, ubi familiares ſui eo morbo contaminati interierant, ipſe quoque contactus è veſtigio, dum abitionem parat, Aquilam profecturus ſenex, æger, & corpore, & animo confectus, quadrageſimo ab urbe lapide, intra hoſpitium, vel à nemine in diverſorium receptus, vel ipſe nulli ſatis fidens, ut procelloſam tamen cæli tempeſtatem, quæ largè cadente pluviâ oborta erat, per noctem evitaret, in proximi templi cujuſdam vetuſtate prærupti pronum ſe conjecerat, noctem ibi pro foribus quieturus, mane autem à viatoribus ibidem repertus eſt exanimatus. At non minus crudeliter occubuit Auguſtus Valdus, Patavinus civis, qui Romæ per tot annos bonas literas tantis ab eo vigiliis, ſudoribus, & peregrina-

Auguſtus Valdus.

grinationibus acquisitas, professus erat, qui non solùm voce, verùm etiam scriptis, eruditionem omnifariam ab interitu vindicabat; quàm autem miserabili mortis genere vitam finiit! Incidit enim in Romanam cladem, Hispanorum illam, & Germanorum prædonum sævitiam acerbissimam, cujus ante oculos direptâ domo, ipse in vinculis habitus, preciosissimam librorum supellectilem, laboresque illos suos, quos præsertim in Plinium elucubrabat, coram dilacerari, & in usum culinæ incendi conspexit, & in eo mœrore omnibus aliis incommodis conflictatus, propter arrogantem eorum crudelitatem, quibus nihil unquam fuit improbius, dum modicæ fortunæ vir insatiabilem barbarorum sitim tributis explere nequit, qui omne senectutis suæ viaticum jam excusserant è loculis, post cruciatus varios, fam[e] demum consumptus perhibetu[r].

us Professus est etiam apud [...]
hu- *Janus* Parrhasius, ad cujus *iu[...]*
dam vocem undique co[...]

batur. Verùm is, dum assiduis vigiliis, & longæ lectionis laboribus maceratur, in eam incidit articularis morbi truculentiam, ut per annos aliquot nil præter linguam in universo corpore haberet incolumem, siderato propemodum utroque crure, ut nullis pedum officiis uti posset, lacertisque præ dolore, & contractione, redditis inutilibus, magnâ insuper inopiâ, & egestate oppressus, rerum demum omnium desperatione ductus, relictâ Româ in Calabriam cùm secessisset, in febrim subito incidit, qua diu vexatus, miserabilique eo cruciatu superatus, expiravit. Neque diu felix fuit Thomas Phædrus, affluentissimum eloquentiæ flumẽ, quo non alius eo tempore orando clarior, neque vehementior fuit, Romanæ ipse quoque cathedræ decus, & ornamentum. Quàm verò miserabiliter, quàmque inopinato mortis genere surreptus interiit, dum scilicet mula media urbe vehitur junctis factus obviam bubalis, qui visendæ magnitudinis carrucam trahebant.

Thomas Phædrus.

—Consternatâ siquidem mulâ, bubalisque identidem perterrefactis, simul ab ea calcitrosa excussus est tam magnæ corporaturæ vir, quantum hominem nostis, simul à plaustro superatus, quamvis in rotarum medium intervallum incidens elisionem evitarit, corrupto tamen præ timore, & gravi casu intra viscera sanguine, multa inde longæ, & occultæ valetudinis incommoda perpessus, in ejusmodi ærumna vitâ functus est. Quid verò Camillus Paleottus tam elegantis litteraturæ juvenis, nonne etiam ille, cùm ex Bononiensi cathedra Romam ad fratris germani caussam, qui à Iulio Secundo publico de negotio in vinculis habebatur, procurandam profectus esset, interveniente mox Iulii ipsius morte, suffectoque illi Leone Decimo, cùm à Cardinali Divitio, virtutis, & ingenii ergò loco germani fratris amaretur, in eam incidit valetudinem, qua permultos menses miserabiliter cruciatus totis membris non sine lethali dolore

[Ca]millus [Pal]eottus.

fide-

ſideratis, in ipſo ætatis flore quintum & vigeſimum natus annum, magnæ omnium expectationi præreptus eſt? Hujus autem affinis Philippus Beroaldus junior inſigni & ipſe literaturâ præditus, Bononienſem cathedram aliquandiu rexerat, Romæ inde publico conductus ſalario profeſſus eſt. Mox à Ioanne Medico Cardinali jam tum Æmiliæ, & copiarum Pontificiarum Legato, admiſſus in amicitiam, illi à ſecretis fuit. Poſtea verò quàm is ad Pontificatum aſcendit, Phædro mox vita functo, in Bibliothecæ Palatinæ præfecturâ illi ſuffectus eſt. In reliquis ornamentis, & commodis repulſam paſſus, deſpectuique propemodum habitus, vix victui neceſſaria pro antiquæ familiaritatis dignitate adſequebatur, quo ex mœrore cùm deſertum ſe, atque abjectum exiſtimaret, in rapidiſſimam febrem illapſus ad amicorum liberalitatem confugere coactus, brevi eo morbo, curiſque confectus interiit. Hic ego cùm aliquantulum tacuiſſem,

Philipp. Beroaldus juni

præ-

præceptoris, quem unicè dilexeram, obſervaveramque, deſiderio exacerbatus, putavit Contarenus abſoluiſſe me dictionem meam, atque ita excepit. Multa quidem, Grana Pontifex, miſeriarum, quæ doctis viris acciderunt, apud vos exempla, quæ vos infelicia judicatis, complexus es, ſed quid inquies, ſi apud nos quoque parem his veſtris calamitatem (utar enim locutione veſtrâ, quamvis longè alia mihi ſit ſententia,) literatos afflixiſſe dixero, &, ut à profeſſoribus, in quibus tu finem feciſti, incipiam, cùm adoleſcentes eſſemus, tres habuimus inſignes literaturâ viros, quos in hujuſmodi ſtudiis ſectabamur. Duos Venetiis, Marcum Antonium Sabellicum, & Georgium Vallam, Patavii autem Ioannem Calyphurnium. Qui quidem vel in graviſſimis miſeriis, vel iniquiſſima vitæ conditione finem ſortiti ſunt, ut more veſtro
[Ge]orgius [Va]lla. dicam, calamitoſum. Georgius enim Valla Placentinus, multi ſtudii, multæ doctrinæ vir, multarum idem lucubrationum auctor,

ctor, dum Venetiis, profitetur, Triultiæ factionis ſectator acerrimus, ita ut, quin publicè etiam adverſarios maledictis proſcinderet, minimè ſibi temperare poſſet, hinc Ludovici Mediolanenſis ducis inimicitiis vexatus, in ipſâ, quam inſtituebat, civitate conjectus in carcerem, ſitu eo aliquandiu contabuit; cognitâ mox cauſâ, & abſolutus, & cathedræ ſuæ redditus, haud ita multo poſt cùm mane ſummo paratus eſſet conferre ſe ad auditorium, ubi tunc Tuſculanas Ciceronis quæſtiones prælegebat, deque animæ immortalitate vehementiſſimè, doctiſſimèque quotidie diſſerebat, dum interim corpori vacaturus excrementa cibi dejecit, animam etiam morte ſubitaria exhalavit. Nos qui quotidie ad admirandam hominis doctrinam ſub matutinum crepuſculum conveniebamus, non prius tali nos doctore defraudatos intelleximus, quàm hora profitendi fruſtrà elapſâ, certos, qui mortæ cauſam ſciſcitarentur, domum ejus delegavimus, qui redeuntes gymna-

sunt, mala existimo; sed erit super hoc alias disserendi locus.

At fuerit felix Valla, quia cruciatu nullo, nulliusque rei anxius è vita migravit, nobis certè ejus discipulis calamitosa fuit hominis mors, quibus eruditionis suæ tam triste desiderium reliquit. Sed enim quò minus incommoditatis Valla perpessus est, eò plus infortunii, & ærumnarum pertulit Sabellicus, vir ille scriptorum copiâ, & elegantiâ multò clarior, quâm mea ulla possit commendatione crescere, miserabilem

lem vitæ finem eum ſortitus
quod putridâ, pernicioſ
correptus elephantiaſi per a
aliquot miſerabiliter cruci
interclusâ vocis viâ, cæteri
tam ſpiritus, quàm cibi meat
computreſcentibus, gutturi
corruptis omnibus organis,
niſque corroſis, non ſine cr
bili tormento annos aliquot
egit, eaque tabe demum co
ctus interiit. Ioannis autem
phurnius rariſſimæ vir erudi
nis, qui Patavii, me puero, b
literas perquamdiu docue
nullo unquam tempore non
poſitus invidorum obtrecta
nibus, & injuriis, dum omnia
titer ferens adverſa, uni ſt

cujus ærumnoſum exitum, ab Egnatio noſtro me audiſſe memini. Noverat is hominem in civitate Bellunenſi, per annos ſupra quattuor & triginta profeſſum, eruditione dubioprocul ſummâ, & tam prælegendo, quàm orando admirabilem, cujus integerrimam continentiam, & probitatem tota ea civitas cœlo effert, & admiratur. Is autem poſt navatam juventuti Bellunenſi per tot annos operam, & multa ad poſteritatis etiam inſtitutionem elucubrata, eò incidit calamitatis, ut Belluno à Germanis obſeſſa, totius ferè orbis in Venetos bello exardeſcente, miſſus is pro pacis quibuſcunque conditionibus, ne urbs direptioni deſtinaretur, Orator unà cum civibus aliquot ex omni nobilitate lectis, pacem quidem impetravit, obſidioniſque ſummovendæ auctor fuit, ſed ab hoſtibus, tributorum aviditiſſimis, ad Pontem Æni, quem Iſprucum hodie vulgo dicunt, in captivitatem abductus, jure gentium à barbaris violato, dum re-

gitabant, omnem excedit modum, neque ſolvendo quiſquam eſt è ſuis: Ipſe in literarum otio ad eam uſque diem enutritus, jam & mœrore, & ætatis ingraveſcentis incommodo, malæque apud ejuſmodi feritatem tractationis truculentiâ vexatus, ubi neminem habebat, qui conſolationem afferret in tantis malis, neque quiſquam inveniebatur, qui miſeriis perditum levaret, qui magno ſemper in honore apud Bellunenſes fortunatè, beatèque vixerat, tanquam numen aliquod cultus, & obſeruatus, in eo carcere, vitâ tam indignè, tamque infeliciter exceſſit. Solebat & Galeotti Narnienſis, qui apud nos diu verſatus erat, miſereſcere Egnatius idem. Is quidem ſuis clarior lucubrationibus, & magnorum Principum familiaritate magis celebris, quàm noſtro poſſit clareſcere teſtimonio, cùm à Francorem Rege Ludovico ejus nominis undecimo, accerſitus ex Pannoniis, ubi Matthiæ Regis liberalitate deliciabatur, Lugdunum ad ſalutandum Gallum

Galleotti Narnienſis.

Regem se conferret
ctus ex itinere ante
obviam, dum magn
ris habitudine, pin
& obesi ventris inc
equo se demittere a
let, id scilicet hon
habiturus, suo ip
pondere ita corrui
terræ capite, fracto
statim expirarit.
Quid obsecro prol
indignos alienigena
meministi, ut tuor
ris? Audivi ego Vo
Orator Pontificiu
niam iterum missus
quot illic subsistere
excidii Romani ce
dumque vestrorun
literas perscrutor, P
dam Decanalem in
vitæ exitum sorti
cùm te perbellè c
tem, quisnam hic
cro nobis indices,
nam, & Colotium v
rum alterius auribu
animadverti, magn
literatorum carr

ravisse. Sed enim priusquam Decanalis elabatur, detur nobis àb nostris venia, ut quid super eo dicturus es, audiamus. Sanè quidem cùm de literatis sermo est, nullius ego libentius meminerim quàm Pauli Decanalis, qui quantæ fuerit eruditionis, nulli non innotuit. Is enim vix quintum, & vigesimum ætatis annum attigerat, & præter obsolutissimam Latinarum, Græcarum, & Hebraicarum literarum cognitionem, disciplinas etiam illas illustriores, Philosophiam, Astrologiam, & Mathematicas reliquas artes, non primis, ut multi, labris degustaverat, sed pleno fonte exhauserat. Qui quidem, dum præstanti labore Ptolomæi Geographiam non tam temporum, quàm imperitorum hominum injuria passim depravatam incolumitati pristinæ reddere contendit, neque sibi die, neque noctu parcit, tam utilem, & jucundam humanis ingeniis cognitionem brevi exhibiturus, ex nimia scribendi assiduitate, *nixu*, & perseverantià, rupta intra

Paulus Decanalis.

tis, &c interceptæ in stu
riæ solatium, quod, rer
rum omnium contemptâ
cris initiatus, &c in Aug
norum Heremitarum
inclusus intra paucissim
intaminatæ juvenis vitæ,
rimum, pudicissimumq
mum cælo reddidit. Ex
tem, quos Patavii stu
meorum comites habui, t
præcipuè &c ingenio, &c p
te excellere visi sunt, quor
Nicolaus Angelicus. fuerit exitus, audietis.
laus Angelicus Venetus,
tissimam bonarum artiun
operam navaverat. Nam
losophiam Patavii absol
didicerat, neque ea conte
ris etiam peritiam acquisi
eaque disciplina Romæ a
tus, laureâque ibi honest
patriam ad fori negotia
lerat. Sub primum appu
tre vitâ functo, familiar

que iis quidem molestissimis est litibus infestatus, quibus dum variè distrahitur, accidit, ut sub primum noctis crepusculum tumultu ante ædium suarum fores excitato à percussoribus, quos adversarii summiserant, dum ædes ipse suas defensurus, in quas illi contendebant irrumpere, animosus juvenis stricto ense in viam usque mediam procedit, longè majori ex insidiis ingruente turba, cùm unus in tot sufficere non posset, multis hinc inde vulneribus laceratus, resecto demum transverso ictu fæmore miserabiliter occumberet. Ut verò, quæ recentissima sunt, commemorem, hujus & socius, & contubernalis Mattheus Albinus, & ipse Venetus, in arte medica peritissimus,

Mattheus Al-

vati, perpetuo affligemur. At,
ab hoc discedam contuberni
Hieronymus Angeli Pisaurien
magnâ apud nos celebritate M
dici filius, & ipse Medicus juv
nili quamvis ætate peritissim
qui cum Albino & alitus, & ed
catus, sororem illi in matrim
nium collocaverat, conspectâ
ipse cum summo animi mœrc
immaturâ nepotis morte, sub
cutóq; recenti dilectissimi so
rii funere, vulnere hinc refri
ac recrudescere viso, usque

Hieronymus Pisaurius.

cruciatus animi, & afflictus est
ex luctu, & mœrore con
bescens, brevi ipse quoque co
junctissimum sororium subsecu
tus fuerit. Horum socius, & con
tubernalis Ioannes Campaniu
Chaneensis, familiaris meus, acu-
tissimi juvenis ingenii, Venetiis,
& Patavii bonis literis, & disci-
plinis operæ multum insumpse-
rat, eratque & in Philosophicis,
& in Medicinæ studiis optimè e-
ruditus, sed juventutem omnem
per omnes inopiæ difficultates
traxerat, amicorum tantum libe-
ralitate sustentatus, qui natum
ad frugem optimam adolescen-
tem fovere perseverabant. Is po-
steaquam Medicum profiteri cœ-
pit, mirum est, quàm brevi ad ma-
gnas opes pervenerit. Triennio
enim, quò apud Bituriges ab Ita-
lis mercatoribus conductus, eam
artem exercuit, largissimè locu-
pletatus erat, quod in Medico
juvene rarissimè contingit. At-
que ita re bene gestâ, dum Ro-
mam transmigrare parat, ut in
hac luce hominum viveret, quas-
que sub incude habebat, rerum

naturalium quæstior
ret, ſecundum,& trig
rus annum atrociſſim
febri tam procul Itali
deſideratus eſt, ita do
iam ejus ſcripta inte
rum autem præcepto
in primis Philoſophi

Bernardinus Camuſius.

Bernardinus Camu
ganno patriâ, qui Ph
Venetiis,mox Patavii
leſcentibus docuit, &
ſcipulorum celebrita
quo profitente, qua
aſperiores Latinis ver
poſſe experimento d
cùm maturè nimis re
niſſet, medicinæque
addidiſſet, & nomen
nas amplas in patrio
ſolo. Ad hæc uxore
Philoſopho conveni
moſa, & dote mag
dum poſt tot exantla
ſperat otio aliquo p
frui, & aliqua ingen
ditionis ſuæ monume
ris relinquere, rebe
gis operâ, ut fama e
cuſſoribus quattuo

lethalibus vulneribus confossus est. Cumque diligenti curatione adhibita mortis jam periculum evasisse videretur, ab ea ipsa uxore veneno demum fertur extinctus. Et quoniam ad Medicos sermonis me series traxit, Andreas Mongajus Bellunensis repentino sublatus obitu studiosis potius omnibus, quàm sibi fuit incommodus. Ille enim, cùm diligentem Medicinæ operam dedisset, depravatis ubique Avicennæ codicibus offensus, Damascum usque profecturus ad antiquos ejus auctoris libros perquirendos pelagi tantum enavigavit, terrarum tantum peragravit, Ubi ea in urbe consedit, Arabica per summam industriam, & vigilantiam lingua optimè percepta tam utilis auctoris scripta omnia correxerat, multaque ad hanc ætatem incognita declararat, cùm à Senatu Veneto conductus Patavinæ est cathedræ præfectus, ut quam optimè callebat, artem edoceret. Paucis verò pòst mensibus à cœna, nulla male cujuspiam valetudinis molestia

Andreas Mongajus.

quòd honoratus, quod d
quòd sine morbi alicujus n
stia, qui operibus quæ part
rat absolutis, vitâ cesserit; eò g
Iulius Doionus. vior est Iulii Doioni, item Bel
nensis casus, qui juvenis, qui p
stilentissimo morbi genere p
aliquot dies vexatus, qui luc
brationibus in medicina plurib
quidem inchoatis, nullis aut
absolutis, tunc nobis ereptus
cùm maximè patriæ ornamant
familiæque suæ usui futurus era
Is enim primo in Patauino gy
mnasio medicinam publicè pr
fessus, Venetorum deinde cons
lem honestissima conditione
leppum usque secutus fuit; qua
urbe Turcici Imperii post By
zantium primario emporio p
biennium commoratus, Trip
lim ab altero Venetorum consu
peste laborante accersitur; du
igitur eò cum duobus viæ soc
nocte propter æstivos calor
magnis itineribus contendit;
c

cimo ab urbe lapide hunc latr[o-]
nes ex occultis locis repentin[o]
impetu adoriuntur, alteróqu[e]
comite ab iis interfecto, alter[o]
autem gravibus vulneribus con-
fosso, ipse clavâ in capite, & hu-
meris sæpius percussus, exanimis
jacuit. Latrones verò tantis icti-
bus interemptum existimantes,
illo omnibus vestibus, & quam-
plurimis aureis Venetis exspoliā-
to, interiori tantùm tunicâ eidem
relictâ, abierunt: ita verò crude-
liter tractatus, vixque humi sur-
gens post aliquod temporis spa-
tium, multâ nocte in civitatem,
unde discesserat, regressus est, ubi
tandem brevi aëris benignitate
convaluit. Nondum tamen tri-
mitosas peregrinationes existimaret, ut senio jam gravis voluntariâ singulis annis exercitatione Provinciam modò hanc, modò illam inviseret, constitutum habuerit: neque unquam invectus equo, nisi per aliquot passuum millia, eo anno, quo ad osculandos discipuli olim sui Leonis Decimi, novi Pontificis, pedes, huc advenit, quo quidem in itinere nullum se passum incommodum dictitabat, nisi, quòd equo invectus est per saxosam Æssisij viam. Quos igitur alius quispiam itinerum labores in calamitatum genere collocaret, hic inter oblectamentorum suorum species enumerabat. Paupertas autem cui non invisa, cui non damnata servitus? Quis verò Urbano pauperior unquam fuit; qui nullum unquam trientem in usum proprium reposuerit, qui ne de laboribus quidem, quos docendo subibat, minervale unquam ullum à discipulis poposcerit, oblatum verò accipere recusarit, *nisi* magnâ de caussâ cogeretur, *quod* & rarò & perparcè faciebat.

bat, De servitute verò quid
cam, cùm à puero sacris illis i
tiatus, neque somnum, neque
bum arbitrio unquam suo ce
rit, neque tamen vel tantill
ullo unquam tempore id æg
ferre visus fuerit, vita eâ cont
tus, quam semel elegisset. Q
verò tam fortis animi est, ut h
nores aspernetur, qui non imp
rare potiùs aliis, quàm obtemp
rare concupiscat? At Urba
summa semper humilitate de
ctatus, licet Alexandri Pon
Max. tempore Sansonis antist
sui impulsu ad honores invita
tur, & à Leone Decimo nihil n
impetrare potuisset, maximi b
neficij loco à Principibus pos
re solitus est, ut se in sui ordi
paupertate esse sinerent. Ne
unquam adduci potuit, nisi p

dignitate ſponte deſedebat ob ætatem jam decrepitã, & ad hujuſmodi curum minùs idoneam, non quaſi imperium is acciperet, ſed quaſi jugum ſubiret, Antiſtes loco factus eſt. Verùm ubi Petrus humanis ceſſit, nihil contatus Urbanus alterum ſibi ſuffecit, ſeque in ordinem redegit. Horatianum illud identidem repetens.

Qui ſimul aſpexit, quantum dimiſſa petitis
Præſtent, maturè redeat, repetatque relicta.

Hunc quiſpiam igitur aut miſerum, aut infelicem appellet, quia laborioſam ſemper vitam egerit, quia pauper, quia inhonoratus vixerit, cúm omnem ille felicitatis ſuæ ſummam in aſſiduis laboribus, in paupertate, in privatæ vitæ humilitate collocarit. Senectutis autem incommoda, quam non modò patienter, ſed etiam hilariter tulit, ſeu neceſſaria ſubminiſtrarentur, ſeu deeſſent multa, quod plerumque accidebat, æquè contentus ad incommoda omnia adridebat. Quin

& moriens vultu ridibundo, verbisque jucundis, quasi placidissimo somno se dederet, occubuit, quartum circiter & octogesimum natus annum, Pontificatus Clementis Septimi anno primo, inoffensâ per tot labores valetudine semper usus; nisi quòd superioribus annis, dum hortuli sui arbores ipsemet reconcinnabat, fallente scalarum lubricitate corruerat, & crure aliquantulum læso, ad longinquas illas peregrinationes non ampliùs idoneus fuit. Is igitur felix in tenui re, in laboribus, in longa senectute, quam plerique morbi vocabulo nuncuparunt, felix inquam fuit, quia felix esse voluit, qui non morosus, non difficilis, non multivolus fuit, & paucis, minimisque rebus contentus, eorum irridebat cupiditatem, qui vitam miseram ideò agunt, quia miseri esse volunt; quòd si eos fortunæ rivus inauraret, aliquid adhuc, quod assiduè quererentur, excogitarent. Atque hæc de voluntate nostra dicta sufficiant. Quòd verò in aliena potestate situm est, cui natura

tura ipſa ſubiacere cogitur, neque non incommodum negare non poteſt: occidi quippe, vulnerari, infamem traduci, excruciari morbis, ſpe falli, ſuo fraudari præmio, tam ſunt unicuique homini propria, ut ad hujuſmodi clades, & ignominias natum humanum genus omne videatur. Communis hæc calamitas, neque literatis tantùm, ſed & imperitis, & obſcuris, & nobilibus æquè diſtributa. Sic Reges, ſic Sellularii, ſua quiſque ſorte aliquo affliguntur tempore. Quod ſi quis literatos immunes ab iis cladibus eſſe cupiat, aut indignũ clamet, eos talia pati; indignũ etiam dicat eos humanos fuiſſe, ſi humanæ eos ſubjacere conditioni nolit. Quare bone vir Coloti, cùm de literatorum infelicitate dictionem propoſuiſti, eo mihi errare viſus es, quòd non potiùs de humani generis calamitatibus dicturum te nos admonueris. Tam enim fieri poſſe puto, ut quiſquam, dum vivit, aliquo non angatur incommodo, quàm ſi

orsum fluant, aut sursum igni
ratur. Quare desiste jam in
cem literatorum sortem lar
tari, & iis potiùs gratulare,
non ut reliqui sint fortunæ p
tus emancipati, multaque ha
ant sua, quæ nullâ possint i
injuriâ proruerè. De iis enin
quor, qui viam sibi ad immo
litatem per ingenuos labores
os aperuerunt; qui vitam
modò iis, quos coluerint, &
lebres esse voluerint, compa
potuere sempiternam, sed in
mis duraturum sibi monun
tum immortalitatis excit
Quodque Deus ipse, Deus
quam solus præstare fertur,
ingenio suo freti, Dei tame
flatu adjuti, valeant omnem i
di temporis edacitatem sup
re. Hinc meritò exultat Fla
noster, cùm suæ sibi conscius
tutis, ita emodulatur:

Exegi monumentum ære perenniu
Regalique situ Pyramidum altius
Quod nō imber edax, nō Aquilo im
Possit diruere; aut innumerabilis
Annorum series, & fuga tempor
Non omnis moriar; multaque p

bit Libitinam. *Usque ego postera*
cam laude recens ; & quæ se-
ntur. Gloriosè quidem, sed
esitâ ex meritis superbiâ. Ita
Naso in Octaviani Cæsaris
diam exilium consolatur
n; Pierio cùm concitus æstro
nat:

que opus exegi, quod nec Iovis ira,
nec ignes,
poterit ferrum, nec edax abolere
vetustas.
volet illa dies, quæ nil nisi corpo-
ris hujus
habet, incerti spatium mihi finiat
ævi.
e tamen meliore mei super alta pe-
rennis
a ferar, nomènque erit indelebile
nostrum:
que patet domitis Romana potentia
terris,
legar populi, perque omnia sæcula
famâ,
uid habent veri vatum præsagia,
vivam.

Propertius se antiquis inserit
ptoribus, cùm post eorum no-
claturam ait:

Cynthia quin etiam versu memorata Propertij,
Hos inter si me ponere fama volet.

Ita reliqui omnes tantam de futura hujusmodi immortalitate dulcedinem concepere, ut neque labores, neque damna, non incendia, non graves ruinas pili facere visi sint. Hinc est, quòd dum majoris cujusdam emolumenti rationem habent, humana hæc quodammodo despexerint; aliique ideo minùs cauti ad evitanda fortunæ tela, quia fortunam nihili penderint, cui, uti factitare solitus Diogenes ipse, minaci mandarint laqueum, mediumque unguem ostenderint. Alii minùs ad rem faciendam vel idonei, vel diligentes, quia virtutes auro magis æstimarint, eruditione, & sapientiâ cuncta esse minora putaverint. In ignobilitate alii jacuerint, quia vel conditionem Regum suâ duxerint inferiorem. Quo enim quisquam velit, qui sana mente sit, noctes atque dies niti perstante labore ad summas emergere opes, rerumque potiri? si quàm brevis æ-

, meminerit. Nam qui hæc
tur, inviti etiam ponunt, &
viùs unusquisque vita de-
quo magis humana hæc
illia cognorit. Quare nun-
ego Hermolaum infelicem
, quòd pestilentiâ sublatus
òd exul, egensque aliquan-
ixerit, quòd ubi cadaver
elitescat, ignoretur. Si do-
a ejus hominis scripta stu-
um omnium manibus ver-
: vivit potiùs Hermolaus,
ue felicissimus cùm æter-
ii, Themistii, & Dioscori-
a, quòd maxima ejus pars,
per Horatius exultabat,
am evitarit. Vivet Ma-
s noster nulla mortalitatis
labefactatus, dum bona-
iterarum studium aliquod
nebit; non enim ulla un-
tabe corrumpetur illa Ve-
ominis ingeniosa defensio,
adversus Marium Volater-
, ejus Reip. vituperato-
anta dicendi felicitate con-
. Vivet ejus encomium ad
m Decimum, in quo non
ntiam tantùm, & artem,
ve-

verùm & ſummam prudentiam, atque animi ſui bonitatem oſtentavit. Felix Carbo, felix Gravina, qui tantâ ingenii ubertate ſcriptis ſuis immortalem gloriam ſibi compararunt. Neque virum doctrinâ ſummum Chriſtophorum Marcellum quiſquam ærumnoſum dicat, dum vita ejus, per ſummam innocentiam peracta, in omnium memoriâ erit; dum homo ſciendi cupidus ſeſe intus, & extra voluerit explorare; dum erit inter homines pietas, & rerum omnium arcanarum doctrina conquiretur. Auguſti Valdi ſcripta fortè perierunt, ſed ejus memoria doctiſſimorum, & eloquentium hominum teſtimonio celebrata, eum nequaquam ignobilem, aut calamitoſum patietur. Neque obſcurus erit Fabius Ravenas, dum bonæ valetudinis inter mortales cura, ſtudiumque, Hypocrateſque ipſe permanebit; non M. Antonius Sabellicus, non Camillus Portius, *non* Janus Parrhaſius, non Paleotus, non Carteromachus, & plerique alii, quos diuturnâ valetudine

dine afflictatos commemoratum eſt, ærumnoſi nunquam mihi futuri ſunt, dum eorum hiſtoriæ, eorum carmina, commentaria, orationeſque tanto omnium ſtudio, & admiratione lectitantur. Perierit incognitâ morte Flaminius, erepti inopino caſu ſint Georgius Valla, Andreas Mongajus, & plerique alii, ſcripta eorum tamen vivent, & in omnium doctorum animis perrennabunt. Abſtulerit ægritudo Muſurum, Beroaldum, Maronem, Gazam, Oricellarium, & quos nominaſtis viros magno numero literatos, ſuperabit tamen eorum nomen, & cùm ſua virtute clari, tum eruditiſſimorum tot diſcipulorum pietate nunquam intermorientur. Deſideratus ante diem ſit Picus Mirandulanus, Paulus Decanalis, M. Antonius Turranius, Fuſcus Cotta, Furnius, Celſus, atque Longolius, iidem ante diem beatiſſimam ſibi immortalitatis gloriam peperere. At ſibimet conſcivere *manus* M. Caballus, Laurentianus Fortunius, Priulus, & ple-

rique alii, aliqua igitur urgentissima sese molestiâ liberarunt, Caballum tamen ingenium argutissimum, Laurentianum eruditio luculenta, Fortunium dicendi lepos, abditorum cognitio Priulum æternitati commendabunt. Extant ejus juvenis tabulæ ad cæli Veneti normam castigatissimè directæ; extant argutissimæ quæstiones de orbium cœlestium numero, de planetarum situ, de epicyclis, quid illud tandem sit, quod ad hanc usque diem doctorum omnium ingenia fatigavit. At trucidati sunt Hercules Stroza, Paulus Bombasius, Mutius Arelius, totque alii clari literatura viri; trucidati Reges tot, Imperatores tot, totaque Divorum nostrorum curia hujusmodi est eventibus repleta: neque tamen eorum quenquam infelicem arbitramur, cùm ipsimet felicitatem suo quisque, longè tamen alio, quàm vulgi sit opinio, termino descripserint. Hos ego inquam nunquam miseros, aut calamitosos dixero, qui felicitate ingenii, honestisque laboribus

ribus, & assiduis vigiliis id consecuti sint, id vitæ suæ præsidium compararint, quod neque fortunæ temeritas, neque ulla inimicorum injuria labefactaret. Saluete igitur Phœbi sacerdotes, Musarum alumni, qui divinum ingenium potiùs, quàm mortale corpus colere studuistis; vestris nos manibus, dum in humanis erimus, semper bene precabimur, & industriam vestram, quod facere poterimus, interire nunquam permittemus. Hæc sunt mi Petre, quæ Contarenus suo illo erga literatos & ingenio præstantes viros, ardore concitus, nobis nudius-tertius disseruerat; ad quæ Grana quædam hodie repetiturus erat, non ut illam Contareni sententiam sapientissimè latam infirmare sibi proposuerit, sed ut affluentiori hominis facundiâ, prudentiaque perfrueremur. MELINUS. Sapienter quidem omnia Contarenus, neque ego spe fallebar, qui tanto studio audire hæc expetebam; quare vobis immor-

tal

tales habeo gratias, qui me tanti colloquii participem fecisti. Scio enim, quantum hæc me delectarit oratio, & præter voluptatem, quæ quidem summa omnino fuit, quem usum etiam inde sim percepturus. Sed unum, etiam si rectè memini, addebat mihi vesperi Pollio, accepisse se à Contareno, de accersendo in Italiam Cæsare consilium à Pontifice initum fuisse, id quorsum tendat, multa me faciunt ambigere. COLOTIUS. Hoc mihi mente exciderat, quia nihil ad rem, qua de loquebamur, faciebat. Sed si eum etiam sermonem audire vis, libens referam: ad me enim totus convertebatur, qui non aliâ de caussâ desperatissima quæque de literis mihi proposueram, nisi quia metuerē miserrimi hujus temporis statum propagari, Romanamque rem debilitatam jam propè, & extinctam existimabam: quem ne inconsolatum relinqueret Contarenus, verba mea excipiens, & temporis hujus ratione habitâ, quo ita perturbaba-

babamur, quod proximis hisce diebus tum maximè timuimus omnes, cùm falsus ille rumor de summi Pontificis obitu divulgatus est, & tumultuosiora quædam passim divulgata. Quid enim non undecunque miserrimum expectandum erat, ajebat Contarenus, Republicâ in his perturbationibus jacente, in magna gladiorum licentia, atque impunitate? Quòd si probatissimi Pontificis mors accidisset, nimirum de totius Italiæ statu actum erat, multaque intolerabilia locis omnibus accidissent. Sed te jam hoc metu libero Coloti. Heri enim Pontificem hisce oculis vidi, in quo omnia bonæ valetudinis adventantis signa perspexi, & quod indubitatam mihi salutis spem polliceri videtur, ipsemet suo de se testimonio bene sperare incipit, quod minime diebus superioribus faciebat. Quo quidem servato, non est, ut mali quicqam amplius vereamur. Quòd verò bellum teterrimum, periculosissimumque formidas, necesse est Clemen-


mentis consilia tibi patefaciam; qui Cæsarem in Italiam accersere decrevit, ut coràm quanti sit Christianæ Reip. concordia disputet, & quid ad summam ejus Principis gloriam faciat, ostendat. Atque ego quidem, qui superioribus annis apud ipsum Cæsarem Reipublicæ nostræ nomine Legatus fui, facilè perspexi in ipso Carolo summam, & egregiam quandam bonitatem, mentemque in eo alienissimam ab iis rebus, quas legiones ejus ausu licentioso in Italiâ perpetrarunt. Velim itaque Coloti de quiete Italiæ, atque adeò de bonorum omnium tranquillitate benè sperare incipias, & ubi intellexeris Cæsarem in Italiam iter parasse, ad quem invitandum Pontifex unum ex intimis suis jam mittere destinavit, compositas res nostras tibi proponas. Eò enim omne Pontificis studium, cura, meditatioque contendit, ut finis tandem aliquis nostris calamitatibus imponatur, & militum hæc ferocia, quæ hactenus tam in socios,

quàm

quàm in hoſtes graſſata eſt, in noſtræ pietatis hoſtes convertatur. Habes itaque Meline de Cæſare quid Contarenus ſit pollicitus, & quoniam hora jam inclinat, ſatiſque tibi factum à nobis eſt, potes ſine ullâ invidiâ nos dimittere. MELINUS. Mihi quidem maximè factum ſatis, quo nomine vobis debeo plurimum. Sed ſi apud me inſuper cænaveritis, magno hoc addam ſuperpondio. GRANA. Non ſumus hac veſpera tecum neque ego, neque Colotius, cænaturi; paratum enim nobis eſt in Palatinis hortis apud Pollionem, ut inde ad Pontificem noſtrâ de re locuturi aſcendamus, ea enim eſt hora nobis dicta. MELINUS. Didici ego ex Pierio uſitatiſſimum ejus dictum: Cave ne vel prodeſſe cupiens importunus amico ſis. Quare ibitis, quando veſtra ita res poſtnlat, Pierius hoſpes meus eſt, neque inviti remanebunt Petroſanctius, Curſius, & Cathaneus, qui mecum amicum Romano cœlo redonatum gaviſuri

furi sunt. Ita discessum à duobus, nos quatuor apud Melinum mansimus.


F I N I S.



AMSTELODAMI,

Ex Officina PETRI THEODORII BOETEMAN.

Anno 1647.



CORNELII TOL
AD
PIER
VALERIAN
DE
LITERATORU
INFELICITATE
Librum
APPENDIX.



AMSTELODAMI.

Apud Cornelium Ioan

Anno. 1647.

VYGH

Domino in Ifend

fuprema

GELRIÆ *Curia C*

CORNELIUS T

S. P. D.

Nobiliſſime Vir,

ROganti typogr

haber

tis notabiles, qui appendicis
adjungi possent. Et lubentius
em operam illi meam addixi,
l de calamitatibus eorum, at-
nfortuniis, cogitanti in men-
ncideret poetarum illud inge-
ssimi:

Suntque ea doctorum monu-
mentis mista virorum.

i itaque, quorum ego inflicta
nissime ab aliis mala, quali-
ue officio, recenseo, in opti-
, atque certissimam Tuam eli-
am, VYGHI præstantissime,
e se gestiunt. Nam sive Ap-
x mea hujusmodi est, ut excu-
e egeat; sive ut laude aliqua
digna videri; neminem ha-
cui potiùs, quàm Tibi, obla-
elim. Tu enim is es, in quo
unctas habitare virtutes, quas
in

in aliis etiam ſingulas admirari ſo lemus, omnes uno ore fatentu Sed nolo verecundiam ingen Tui prolixâ laudum commemor tione onerare, neque me tam p tenti campo immittere, cùm for hoc χεδὸν περάειν μέγα λαῖτμα θαλάσ Hanc igitur operam, etſi levem, indignam propè, quæ Nobilita Tuæ inſcribatur, nihilominus offe re Tibi & publico, & privato no mine, adducor. Publico, quia n mo eſt, qui Te non colat plurimu atque obſervet: privato, quia cù tot argumentis perſpecto ſingula amore conſtanter adeo immere tem me proſequaris, graviter pe carem, ſi vel minimam occaſione prætermitterem, dandi gratiſſi *pariter*, atque obſervantiſſimi *mi fidum* pignus.

rem majora, dignioraque cele
nimo Tuo nomine, si non facu
minùs, quàm voluntas, impedir
Nunc quando ea nondum possi
patere, obsecro, adfectus, animic
in Te mei extare hoc, cujusmodi
testimonium; meamque sive ter
ritatem, sive audaciam, æqui, bo
que consule. Ego interea, qu
semper facio, Deum Opt. M
venerabor, Amplissimo Senat
ac universæ Gelriæ, incolumem
quàm diutissimè præstet. Amste
dami III Kal. Maji. CIↃIↃCXLV

Nobilissimo Tuo nomini

devotus

Cornelius Toll.

S

SYLLABUS ERVDITORUM, quorum info
tunia in Appendice narrantur.

Hieronymus Cardanus.

Iacobus Cujacius.
Iacobus Lodoic. Strebæus.
Iacobus Picolominus.
Iacobus Roliardus.
Ioannes Andr. Ruetius.
Ioannes Babtist. Marinus.
Ioannes Corrasius.
Ioannes Steph. Durantius.
Ioannes Tardivius.

Lucas Gauricus.

Nicolaus Francus.
Nicolaus Machiavellus.
Nicolaus Sudorius.

Olivarius à Bosco.

Paullus Quidott. Burghesius.
Petrus Fulvius.
Petrus Gillius.
Petrus Montaureus.
Petrus Placius.
Petrus Ramus.
Pierius Valerianus.
Polycarpus Palermus.
Pomponius Gauricus.

Thomas Campanella.
Torquatus Tassus.
Trajanus Boccalinus.

CORNELII TOLLII
AD
PIERII VALERIANI
DE
LITERATORUM INFELICITATE
Librum
APPENDIX.

NEſcio, unde tantum Fortunæ erga literatos odium, ut aſſidua in eos emittat adverſitatum fulmina. Aliud enim promerentur magni illi Muſarum alumni; neque debita virtutibus illorum crudelitas. Clavos quidem trabales, cuneos, uncos, aliáque ſævitatis inſtrumenta, Antiquitas Fortunæ tribuit; ſed non ut exerceret in immerentes. Quantum igitur aberrat incerta, & volubilis illa Dea, eos ſemper excru-

ciando, qui summâ potiùs felicitate, quàm levissimâ miseriâ, sunt digniores. Utinam & ipsa iratam quandoque habeat Nemesin, quòd usqueadeo optimis sit iniqua. Ferendum aliquo modo esset, si solâ adhuc paupertate affligeret viros eruditos. Videri enim jam tum posset consulere velle literariæ Reipubl. quia bonæ mentis assecla paupertas, & ἁ πενία μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει. Non autem consistit intra tam angustos terminos. Addenda sunt exilia, captivitates, violenta mors, honorum defraudationes, & innumeri calamitatum modi. Quot ex sola Italia collegit Pierius sui propè temporis viros, præter eruditionem fortunæ etiam ludibriis insignes! Qui tamen cùm nonnullos reliquerit, (quis enim omnes recenseat) & ætatem ejus consecuti sint alii, memoratu nihilo indigniores, non ingratum fore putabam, si quos omisit Pierius, ego adderem: non omnes quidem, sed qui memoriæ obversarentur. Fortasse aliàs dabitur plenius tractandi occasio.

Qui itaque, ætate suâ, primas in eruditione tenuit, teneat quoque hîc, Franciscus Philelphus; cujus & virtus, & calamitas, in conspectu pariter fuere. Hic, cùm pater inops, quique ex diurno labore in diem viveret; mater, cui ad quæstum nihil nisi femur superesset; Patavii à quibusdam receptus, egregiam studiis operam navabat. Ea verò civitate ob illicitos amores pulsus, in Græciam abiit; utque de Caballino fonte potaret Parnassum montem, & simul in Athenarum ruinis immortalium philosophorum lustravit vestigia. Inde porrò Byzantium profectus, summi viri, Emanuelis Chrysoloræ, filiam uxorem duxit; quæ Græcæ elocutionis magistra, quotidiano usu Atticorum accentuum dulcedinem docili conjugis ori instillabat. In Italiam postea reversus, & Græcè juxta, ac Latinè perorans, carus admodum fuit Principibus omnibus, atque ante alios Eugenio, Pontifici Maximo, Alphonso regi, & Francisco Sfortiæ. Nullam certè spem nobilio- *Franciscus Philelphus.*

lioris gloriæ Latinis æmulis de Romana facundia ; nullam de Græco lepore vel ipsis Græcis reliquisset, nisi tantus eloquentiæ fluvius paullatim in vitiorum paludes abscedens , clarissimi profluentis dignitatem amisisset. Tum quoque eò redire sors ejus, unde primitus fuerat orta. *Florentiæ* enim dum viveret, confictas aliquamdiu mentiebatur divitias ; donec fames postea ostentationem vinceret , & supplicem compelleret ab alio vitæ subsidiũ petere. Quin imò, cùm *æs alienum* grande conflâsset, in carcerem à creditoribus conjectus est ; quo vix sese, sumtâ per usuram pecuniâ, liberauit. Mox gravior consecuta calamitas; &, ob quæ delicta incertum , à Florentinis publico docendi exercitio privatus , urbe expulsus , atque in exilium actus, Senas petiit. Sed & ibi parcè , ac duriter vitam agens, miseréq; aliquando verberibus exceptus, Bononiam concessit. Verùm hac etiã ejectus civitate , Mediolanũ profectus est, ubi securius sibi fore domicilium sperabat. At rursus infelicem

licem frustrata spes, neque lætior illuxit dies. Quamobrem procellis, & tempestatibus quotidianis, oppressus, alium sibi portum circumspicere cogebatur, quo reliquum vitæ & utiliùs, & quietiùs posset transigere. Quadā ad Matthæum Pisaurensem epistolâ narrat ipse, quomodo Cremonam se postea advenientē universa civitas & viderit, & honoraverit egregiè. Sed ubi accidisset, ut mercenaria sua serva, pestilentiali morbo correpta, vitam subitò deseruisset, ingens adversùs se exortus sit tumultus, quem insana illa plebecula concitârat. Continuò cum universa familia urbe fuisse exclusum, & non sine magno quidem vitæ periculo. Vagatum se in campo omnium egenum, atque in tam repentino insanientium hominum motu, consilii etiam expertem. Tandem, furore illo sedato, à primoribus in suburbanam civis cujusdam villam deductū, tantisper incolendam, donec publicâ diligentiâ aliter suæ & rei, & dignitati, provisum foret. Interim incommodius impingi sibi nil

posse; cunctáque abesse, præter pulices, culicésque, & muscas. Vixit ad exactam ætatem, nonagenario scilicet proximus; periitque Bononiæ, adeò dissipatis rei domesticæ rebus, ut ad procurandum funus & cubiculi, & coquinæ, instrumenta fuerint divendita.

us
omi-
Car-
is
nsis.

Coævum Philelphus habuit Iacobum Picolominum, Papiensem Cardinalem, reliquâ quidem vitâ, præterquam obitu, mediocriter felicem. Amannatorum familia non ignobili Lucæ genitus, prima in oppido Písciæ literarum rudimenta jecit. Iam verò adolescens Florentiæ sub Carolo, & Leonardo, Arretinis, Poeticæ, Rhetoricæque operam dedit, & Romæ postea à Cardinale Firmano ad secreta est adscitus. A Calixto deinde tertio, qui Nicolao Quinto, Pontifici Max. successerat, eodem Secretarii munere ornatus, & Apostolicorum præterea diplomatum scriptor constitutus est. Calixto defuncto, adsumtus ad Sedem Pius Secundus; qui, ipso Pontificatûs die, eandem illi dignitatem con-

tinua-

tinuavit; deinde Papiensi Ecclesiæ præfecit, ac paullò post Cardinalem creavit. Hîc sese stitit viri felicitas, qua non admodum diu frui licuit. Præclari erat ingenii, ac si aliter mori contigisset, majoris consilii fuisset habitus. Habitabat ad Tyberis ripam modicis ædibus, iisque non ad pompam ornatis; quoniam divitias non quæsivit modò, sed & in aliis vehementer detestabatur. In Vulsinienses aliquando, tridui iter ab urbe Roma, secessit, æstivi aëris vitandi gratia, sicut quolibet ferè anno consueverat. Cùm verò quartanâ aliquantulum laboraret, ad depellendum phlegma, quod stomacho inhærebat, ignobilis Picentini medici consilio accepit helleborum, malè quidem temperatum. Quo hausto, altissimo somno correptus, minùs diei spacio, in oppido Laurento, exspiravit.

Eâdem tempestate magnum illud Græciæ decus claruit, *Georgius* Frapezuntius, undiquaque quidem felicissimus, nisi *laceratus* nimium Plato inflixisset,

Georgius Frapezuntius.

ſet miſerias. Cùm enim Pe
teticum ſe profiteretur, unúr
ſemper Ariſtotelem extolle
uſque adeò ſuperbâ, & contu
lioſâ fuit aure, ut ne divinum
dem Platonis ingenium láu
pateretur, ejuſque dogmata
mores peracerbè, famoſo e
volumine, proſcinderet. Tan
in Trapezuntio, quamvis
conjunctiſſimo, audaciam f
non potuit illuſtri eruditione
facundiâ, Cardinalis Beſſar
ſed ſcripto ad defenſionem
mi Philoſophi libro, ingenio,
moriâque privavit calumnia
rem. Redacto quippe in delir
Georgio omniũ rerum, elabe
tur memoria; ita ut alter Orbi
literarum oblivio, Romam
cuiret, obtrito pallio, & nod
ſcipione vacillantis gradum ſu
nente. Præter Beſſarionẽ æm
quoque, & infeſtos ſibi, habuit
annẽ de Monte Regio, Theo
rum Gazam, ac Joannem, Epi
pum Alerienſem. Imò Regiom
tanus, cùm libris iis, quibus Th
Alexandrinus defenditur, r
hendiſſet verſionem, & con

tinuavit; deinde Papienſi Eccleſiæ præfecit, ac paullò poſt Cardinalem creavit. Hîc ſeſe ſtitit viri felicitas, qua non admodum diu frui licuit. Præclari erat ingenii, ac ſi aliter mori contigiſſet, majoris conſilii fuiſſet habitus. Habitabat ad Tyberis ripam modicis ædibus, iiſque non ad pompam ornatis; quoniam divitias non quæſivit modò, ſed & in aliis vehementer deteſtabatur. In Vulſinienſes aliquando, tridui iter ab urbe Roma, ſeceſſit, æſtivi aëris vitandi gratia, ſicut quolibet ferè anno conſueverat. Cùm verò quartanâ aliquantulum laboraret, ad depellendum phlegma, quod ſtomacho inhærebat, ignobilis Picentini medici conſilio accepit helleborum, malè quidem temperatum. Quo hauſto, altiſſimo ſomno correptus, minùs diei ſpacio, in oppido Laurento, exſpiravit.

Eâdem tempeſtate magnum Geo *illud* Græciæ decus claruit, Fr *Georgius* Frapezuntius, undi- t quaque quidem feliciſſimus, niſi laceratus nimium Plato inflixiſ ſe

angusta, egena mater, & duæ sine dote aliqua sorores, Patriciis quibusdam Venetis servire per egestatem cogebatur. Verùm ne tantum quidem proderat ista servitus, ut vel inde mater, sororesve, aliquod inopiæ suæ levamen sperare possent. Queritur hæc ipse in elegia, quâ vitæ suæ calamitatem luget:

At genitrix pauper, geminæ sine dote sorores;
Quas miseras frustra spes fovet una mei.
Exposcunt à me fraterni præmia juris;
Sed chartas nullas, carmina nulla, volunt.

Ab Urbano demum Valerio, patruo suo doctissimo, liberalibus disciplinis institutus, eam consecutus est eruditionem, quam ex operibus ejus quilibet facilè perspexerit. In paupertate exinde aliquantulum felicior; donec senio confectus Patavii; non sine luctu totius Academiæ, ac præs[...] tim Corraniorum, diem clau[...] ret supremum.

Sunt etiam, quibus jucundior nonnihil esse soleat infelicitas; præsertim iis, quorum medullas tabe crudeli amor peredit. Hos inter repono Elisium Calentium, poetam insignem, & Pontano, Actióque, maximè carum. Fuit is in varios carminum modos repentinâ largitate mirabilis: sed sæpiuscule amatoriis incendiis juveniliter ustulato, æquo torrentior vena, tanquam crebris impulsa casibus, nequaquam liquidissimè profluebat. Multa scripsit præclara, intérque ea non infimæ laudis quatuor Elegiarum libros ad Angelum Colotium. Elisius verò amore nimio perditus, oblitúsque rei, cùm elegis inanibus diu hæsisset, serò tandem sensit, in omnibus defuisse sibi Fortunam. Summa denique paupertas, atque inopia mortis gradum corripuere: quæ statâ vix ætate è vivis eripuit Calentium. *Elisius Calent*

Et accidere sæpius videmus, senes, dum amant, amentes, veréque miseros fieri. Fuit hoc itidem malo afflictus inter Aristo- *August* *vius* *phu*

angusta, egena mater, & duæ sine dote aliqua sorores, Patriciis quibusdam Venetis servire per egestatem cogebatur. Verùm ne tantum quidem proderat ista servitus, ut vel inde mater, sororesve, aliquod inopiæ suæ levamen sperare possent. Queritur hæc ipse in elegia, quâ vitæ suæ calamitatem luget:

At genitrix pauper, geminæ sine dote sorores;
Quas miseras frustra spes fovet una mei.
Exposcunt à me fraterni præmia juris;
Sed chartas nullas, carmina nulla, volunt.

Ab Urbano demum Valerio, patruo suo doctissimo, liberalibus disciplinis institutus, eam consecutus est eruditionem, quam ex operibus ejus quilibet facilè perspexerit. In paupertate exinde aliquantulum felicior; donec senio confectus Patavii; non sine luctu totius Academiæ, ac præsertim Corraniorum, diem clauderet supremum.

Sunt etiam, quibus jucundior nonnihil esse soleat infelicitas; præsertim iis, quorum medullas tabe crudeli amor peredit. Hos inter repono Elisium Calentium, poetam insignem, & Pontano, Actióque, maximè carum. Fuit is in varios carminum modos repentinâ largitate mirabilis: sed sæpiuscule amatoriis incendiis juveniliter ustulato, æquo torrentior vena, tanquam crebris impulsa casibus, nequaquam liquidissimè profluebat. Multa scripsit præclara, intérque ea non infimæ laudis quatuor Elegiarum libros ad Angelum Colotium. Elisius verò amore nimio perditus, oblitúsque rei, cùm elegis inanibus diu hæsisset, serò tandem sensit, in omnibus defuisse sibi Fortunam. Summa denique paupertas, atque inopia mortis gradum corripuere: quæ statâ vix ætate è vivis eripuit Calentium. *Elisius Calentius.*

Et accidere sæpius videmus, senes, dum amant, amentes, veréque miseros fieri. Fuit hoc idem malo afflictus inter Aristo- *Augustinus Niphus.*

telicæ

caput. Verùm effugere fatales insidias non potuit, cùm à personato bajuli habitu Copono, dum seræ ostii, injecto calculo præpeditæ, clavem frustra niteretur inserere, adactâ in occipitium securi sterneretur. Neque aliam patrati facinoris caussam adferebat Coponus, quàm quòd ipse Cocles edixisset, brevi, & sceleste, illum fore homicidam.

us. Eadem in arte, sortéque propemodum simili socius, ac collega, fuit Lucas Gauricus Neapolitanus. Hunc severè, amicéque admonuerat Cocles, ut violenti cruciatûs caussas effugeret, quandoquidem idipse, natalis sui patris negligentiâ ignarus, ex siderum scientia prævidere nequiret. Sed ille, non cogitans, nihil Cocliti esse facilius, quàm verum dicere, admonitionum ingenti suo malo fuit immemor. Cùm enim Joannem Bentivolum excessurum patriâ, & dominatu, in anni ejus prognostico vaticinâsset, *arreptus* ab illo, atque ex præalta trochlea suspenso fune quinquies misere quassatus, nimiæ in

ebat
ocles
lum

ro-
le-
oli-
ue
i

consensu Archipo
gnominatus. Verè quid
bat, se pro uno benigno Le
cidisse in ferocissimos mi
pos: sed eorũ ipse sibi fuit i
mus. Hic, cùm poetas Leon
tifici in honore esse didicisset
nopoli, urbe patriâ, Romam
tendit, secum adferens lyram
quam Alexiados suæ supra v
ti versuum millia decantaret.
que frustrata spes euntem.
enim urbem erat ingressus, q
omnibus continuo arrideret p
pingui vultu alacer Appulus, e
lóque exceptus in T

perlege, ut quolibet præſcripto argumento binos ſaltem, tributi loco, ſolveret verſus; ſin venâ ſterili, vel ineptiore poetari videretur, ingens culullus eſſet exhauriendus. Ab opipara hac, hilarique ſagina, graviſſimam incidit in podagram. Quapropter profuſiſſimi riſûs aliquando caußa fuit, cùm canere de ſe ipſo juſſus, hunc hexametrum protuliſſet:

Archipoeta facit verſus pro mille poetis:

atque, hæſitante paullulum, addidiſſet Leo hujuſmodi pentametrum:

Et pro mille aliis Archipoëta bibit.

Demum multò maximus obortus eſt cachinnus, Querno tertium hunc verſum inducente:

Porrige, quod faciat mihi carmina docta, Falernum:

iterúmque ſubjungente Leone quartum, ex Virgilii appendice repentè mutuatum:

Hoc etiam enervat, debilitátque pedes.

Mortuo autem Leone Decimo, profligatiſque poëtis, Neapolim

polim deceſſit. Vbi cùm prædu-
ræ egeſtatis, & inſanabilis mor-
bi, miſeriâ premeretur, in publi-
ca hoſpitali domo, ex indignatio-
ne, ventrem ſibi, ac intima viſce-
ra forfice perfodit.

Alius Camillo addatur poëta, Ni
ludentis fortunæ acerbitatem ni- Fr
hilo minùs expertus. Erat is Ni-
colaus Francus, carminibus incly-
tus, ingenio celeri, ſed ſatyrico,
& præ aliis Franciſco, Galliarum
regi, maximè carus. Præter epi-
ſtolarum librum, Philenen ſaty-
ram edidit, acrem ſatis, in aulam
Romanam, quæ hodiéque exſtat.
Cùm autem videret, multà cre-
brò humanitus pati Clementem
Septimum, Pontificem Maxi-
mum; cui tamen nihil, niſi ſpiri-
tualia, convenire arbitrabatur,
paſquillum ſcripſit; in quo inſe-
ruerat etiam illa Euangeliſtæ Io-
annis: *Verbum caro factum eſt.* Pon-
tifex, poſtquam autorem ejus
reſciverat, juſſit quibuſdam, ut
poetæ illi genuinum frangerent,
eúmque ad Paſquinum, (ſtatuam,
cui adfigere paſquillos ſolebant)
extemplo ſuſpenderent. Arreptu
itaq

perlege, ut quolibet præscripto argumento binos saltem, tributi loco, solveret versus; sin venâ sterili, vel ineptiore poetari videretur, ingens culullus esset exhauriendus. Ab opipara hac, hilarique sagina, gravissimam incidit in podagram. Quapropter profusissimi risûs aliquando caussa fuit, cùm canere de se ipso jussus, hunc hexametrum protulisset:

Archipoeta facit versus pro mille poetis:

atque, hæsitante paullulum, addidisset Leo hujusmodi pentametrum:

Et pro mille aliis Archipoëta bibit.

Demum multò maximus obortus est cachinnus, Querno tertium hunc versum inducente:

Porrige, quod faciat mihi carmina docta, Falernum:

iterúmque subjungente Leone quartum, ex Virgilii appendice repentè mutuatum:

Hoc etiam enervat, debilitátque pedes.

Mortuo autem Leone Decimo, profligatisque poëtis, Neapolim

polim deceſſit. Vbi cùm prædu-ræ egeſtatis, & inſanabilis mor-bi, miſeriâ premeretur, in publica hoſpitali domo, ex indignatione, ventrem ſibi, ac intima viſcera forfice perfodit.

Alius Camillo addatur poëta, ludentis fortunæ acerbitatem nihilo minùs expertus. Erat is Nicolaus Francus, carminibus inclytus, ingenio celeri, ſed ſatyrico, & præ aliis Franciſco, Galliarum regi, maximè carus. Præter epiſtolarum librum, Philenen ſatyram edidit, acrem ſatis, in aulam Romanam, quæ hodiéque exſtat. Cùm autem videret, multà crebrò humanitus pati Clementem Septimum, Pontificem Maximum; cui tamen nihil, niſi ſpiritualia, convenire arbitrabatur, paſquillum ſcripſit; in quo inſeruerat etiam illa Euangeliſtæ Ioannis: *Verbum caro factum eſt.* Pontifex, poſtquam autorem ejus reſciverat, juſſit quibuſdam, ut poetæ illi genuinum frangerent, eúmque ad Paſquinum, (ſtatuam, cui adfigere paſquillos ſolebant) extemplo ſuſpenderent. Arreptus itaque *Nicolaus Francus*

itaque ex Clementis mandato Nicolaus, ac ſtatuæ appenſus, additâ ejuſmodi inſcriptione : *Et crucifixus eſt pro nobis.*

Iunonis Argivæ fanum, quod eſt nobile Picentinorum oppidum, duos fratres Gauricos edidit, ambos præſtanti ingenio, ſed parum felices. De Luca Aſtrologiæ peritiſſimo, & felici eventu futura prædicente, paullò ſupra diximus. Pomponius, poëta etiam non incelebris, ardentis ingenii fœcunditate variis ſe artibus implicuit. Conſcripſit inter alia multa Epigrammata, & Elegias, non dubia amatoriæ vanitatis indicia. Conſtat enim, illuſtrem feminam perditè amaſſe, & procaci Muſarum lenocinio nimium denudaſſe ferventis animi ægritudinem. Quæ res, uti plerumque apud Italos damnoſa, ſic & Gaurico exitium attulit. Cùm enim Surrentinâ viâ Stabias peteret, fuiſſétque eo in itinere ab obviis ſalutatus, nuſquam demum apparuit : ita ut ab aliquibus trucidatus, & cum ſervis, ac jumentis, ne ullum cædis veſtigium extaret

taret, in subjectum mare præcipitatus credatur.

Albertus Pius Carpensis. Lubet hoc etiam loco inter instabilis Fortunæ, virtutique plurimùm infestæ, exempla referre Albertum Pium Carpensem. Usque adeò hoc in viro conspirabant genus, opes, ingenium, mores, studiáque, ut vel inde conspicere foret, humana omni prudentia superiorem Fortunam. Nihil ille vel præstantis doctrinæ, vel solertis industriæ, vel reconditæ artis, unquam subterfugit. Erat quippe ingenio vivido, tenacique memoria stupendus: tantâ porrò eloquentiâ, ut quocumque etiam vellet, principum amimos impelleret. Summus habebatur tum bello, tum pace consultor, & mirabilis occasionum inventor, atque artifex. Verùm immensa viri merita, & quibus minus fuit, quidquid etiam felicitatis oblatum sit, longè secus, atque oportebat, repensa. Ille enim bonis omnibus exutus, aliisque ærumnis afflictus, eo tempore, quo nihil unquam lugubrius, aut funestius, Roma vidit. Cùm scilicet con-

conflatus ex Germanis, Italis, & Hispanis, ad quadraginta millia exercitus, per Xysti pontem urbem invaserat, tantàque erat cæde debacchatus, ut nunquam post hominum memoriam majori truculentia in perpetuos, & infensissimos hostes, fuerit sævitum. Ipso Clemente Pontifice capto, & præscriptas recipere conditiones adacto, emissus ex arce Albertus, in Galliam aufugit. Sed neque istic benigniorem sortem comperit. Simulac enim advenisset, quietioris vitæ cupidissimus, cognovit se ditione paternâ Cæsaris imperio privatum, quòd partibus Pontificiis videretur æquo fuisse addictior. Vixit igitur inops, & articulari morbo graviter cruciatus; donec sæva pestis fatalem horam adduceret; qua, nondum senex, Lutetiæ ad superos decessit.

...aus ...na-

Et quis Politices paullò amantior, vicem non doleat Nicolai Machiavelli, principis optimi constitutoris? Quo in viro mirandum, tantum valuisse n... ram, ut vix ullâ, aut saltem p...

x...

xiguâ Latinæ linguæ cognitione, ad justam scribendi facultatem pervenerit. Constat autem, sicut ipse fatebatur, à Marcello Virgilio Florentino, cujus notarius, & muneris publici adsecla fuit, utriusque linguæ flores accepisse, quos scriptis suis immisceret. Cæterùm ejecto à Mediceis Soderino, ipse quoque Machiavellus conjurationis conscius putabatur. Quapropter in quæstione immaniter tortus, cùm innocentem se ostendisset, leniendo dolori annuam scribendæ historiæ mercedem promeruit. Ægre tamen compresso odio, ac dicendo, scribendóque Brutos, & Cassios, vehementer extollens, vel reus, vel delicti fautor, creditus est. Ademto proinde stipendio, vixit miserrimus; fatóque functus est, cùm accepto temere pharmaco, quo se adversùs morbos præmuniret, vitæ suæ jocabundus illusisset.

Neque omittendus ex infelicium literatorum albo Torquatus Tassus, Italicæ linguæ decus, & poetarum sui temporis omnium facilè princeps. Puer is, patre *Torquat Tassus.*

patre Bannito, exilii
passus, Romam se co
primùm à Mauritic
Rhetoricam, & Poesi
cit. Deinceps attoll
fortuna, postquam
omnésque eruditi, s
amicitiæ, atque amori
Et præ reliquis summ
spitio aulam suam ill
laboravit Scipio Gon
manæ postmodo Eccl
nalis. Verùm Tassus
literarum desiderio fl
tavium abiit, erudit
Italiæ nobilissimum
Qua in urbe aliquant
tus, suisque in lucem
gis, ab Alphonso Duc
vocatus est, & laurea
que triumphantis p
urbem receptus. Mo
Cardinalem, nuntiu
rio XIII, Pontifice
Galliam missum comi
tæ eximii titulo, mu
honoribus, à Carolo,
lius nono, decoratu
jam felicitatis apic
videbatur Torquat

ſe mutat fortuna; cujus quantum antea favorem, tantam poſtea iniquitatem comperit. Calamitatum quidem exordium ductum à morte patris. Odio deinde, & inimicitiis habitus, cæſóque adverſario, carceri mancipatur; in quo præ nimia melancholia parum ab inſania abfuit. Michaël Montaigne miſertum ſe hominis fuiſſe dicit, cùm videret illum Ferrariæ ſibi ipſi superviventem, & oblitum ſui, ac librorum; qui tamen informes, nullâq; impoſita limâ, ab aliis excudebantur. Emiſſus è carcere abiit Ticinum. Repetitâ vero Ferrariâ, in hoſpitali S. Annæ diligentiſſimè habitus eſt, adhibibitis remediis omnibus, quibus à cerebri vitiis liberari poſſet. Italia demum peragrata, Neapolin ſe contulit; ubi patrimonio, quod perierat, iterum acquiſito, ſanus degit uſq; ad Pontificatũ Clementis Octavi. Tum à Cardinali Cinthio Aldobrandino Romam vocatus, lubens paruit. Sed dum illi corona, & laurea publicè paratur, prævenit febris, quæ creſcenti rurſus honori, &

& fortunæ, tantum Italiæ decus in ætate media surripuit.

[Fa]bius [La]tinus. Neque sejungendus à Torquato, amico veteri, & carissimo, Fabius Latinus, idem poeticæ facultatis cultor non obscurus. Ille enim, uti familiarissimè utebatur eruditis omnibus, sic unicè adamabat Hetrusci carminis principem Tassum. Et non minùs Fabio delectabatur Torquatus; cujus in gratiam poema illud elegantissimum composuit, quod Corinnæ rogus inscribitur. Erat enim tum Fabius magno in animi dolore, cruciatúque, ex improviso formosissimæ mulieris, cujus amore deperibat, obitu suscepto. Neque aberat suspicio, veneno fuisse à marito sublatam, quòd, propter apertum alterius amorem, crebriùs in ore esset vulgi, quàm necesse est probæ. Cæterum Fabius paucos post annos, facto priùs rei familiaris naufragio, Mantuæ à rustico, ac nullius pretii homine, interfectus est. Tragœdia etiam ejus, laudata in epistolis Antonio Decio, incidit eundem in scopulum, ac similiter

ter magno cum illius gloriæ, & bonarum artium detrimento, interiit.

Quantum lubrica sors Aldo illusit, Manutiæ familiæ postremo, tum de auctoribus aliis, tum præsertim Cicerone, præclarè merito! Is ubi Venetiis Romam veniret, adeò exiguis erat facultatibus, ut aureorum aliquot centena ad transvehendam bibliothecam fœnori adsumere, centesimâ quidem usura, sit coactus. Quo alieno ære, justissimam ob caussam conflato, vix unquam liberare sese potuit. Ac primùm, quam in matrimonio habebat mulierem, tanquam contra leges ductam, dimisit; fore sperans, ut hac occasione pingui aliquo foveretur sacerdotio, & egestati duræ mederi posset. Eâ tamen parte illi gratificatum, ut hospitium, & quotidianus cibus, in ædibus Vaticanis præberetur. Tandem quoque humaniores literas in Gymnasio Romano publicè docendi provinciam, Thomæ Corræi morte destitutam, ac vacuam, sum-

Aldus Manutius. P.

ſumma omnium voluntate obti-
nuit. Sed admirari tum, vel de-
plorare potiùs licuit, abjectam,
depreſſámque humaniorum ar-
tium conditionem. Nam qua
hora diſcipulorum multitudini
Eloquentiæ traderet præcepta, à
corona derelictus ante Gymnaſii
oſtium cum uno, alteròve obam-
bulabat: nullo penè ei, quem
ſine ſumtu, ſine itinerum mole-
ſtia, habere poterant Græcæ, La-
tinæque facundiæ, doctorem exi-
mium, præbere aures dignante.
Quæ res triſtitiam paupertati ſu-
peraddens, graviter uſſit virum
adflictiſſimum, mortiſque gra-
dum acceleravit vitæ jam per-
tæſo.

…ulus …idottus …rghe-…

Mirandum omnino, inter infe-
lices, ſummaque preſſos inopia,
numerari etiam Paulum Guidot-
tum Burgheſium, cùm ſe qua-
tuordecim artibus præditum glo-
riaretur, quarum ex ſingulis pa-
nem, aliáque ad vitæ uſum neceſ-
ſaria, poſſet expromere. Præ re-
liquis autem ingentiis animi ma-
gnitudine tria præclarè fuerat,
complexus: Picturam enim, &
Sta-

Statuariam, iis adjunxerat ſtudiis, quæ ab humanitate nomen ſibi adſciſcunt. Rebus verò ſuis meliùs conſuluiſſet, ſi opera juſtis pretiis ſciviſſet vendere, nec ambitione plenus, inania militiæ inſignia, aut trimeſtrem conſulatum mercede grandi comparaſſet. Excelſum autem in poeſi animum, adeóque æternæ famæ cupidum ſignificavit, ut Torquati Taſſi poemati aliud à ſe compoſitum opponere non dubitârit. Nam quemadmodum ille Hieroſolymam cecinit ex hoſtium ſervitute libertati Chriſtianæ vindicatam: ita hic eandem funditus deletam expreſſit, totidem planè verſibus, ac ſimili rhythmo. Sed tot virtutum, & ſcientiarum, dives copia in ſumma rerum omnium anguſtia exſpiravit. Ætate enim confectus, neceſſe habuit, latibula quotidie mutando, creditorum ſeſe manibus ſubducere, donec tandem miſeriis victus, fame propemodum enecaretur.

Si Ioannis Andreæ Ruetti virtutibus par data fuiſſet Fortun

nequaquam hic inter infelice
ſortiretur locum. Magna quipp
Geometricæ facultatis, atqu
univerſæ Matheſios ſcientia, qu
præditus erat, ſecundiores ill
res, vel ſaltem non ita fœdas, pol-
liceri videbatur. Et mirandum
Muſas, quarum cultor obſervan
tiſſimus, ipſum à nefaria, ac ſce-
leris, audaciæque plenâ, ſervi do
meſtici manu non defendiſſe. Tan
ti enim faciebat poëſin, ut maxi
mam partem ſtudio illi vacaret
& verſus conſcriberet plurimos
inter quos odam eam elegantem
locupletiſſimis amici cujuſdan
commentariis illuſtratam. Poema
tum librum, Murmur Heliconi
inſcriptum, edidit, cùm aulan
Candalii Ducis, & Veneti exer-
citus imperatoris, Præfecti no
mine adminiſtraret. Verùm lon
gius illi tempus augendi, atqu
ingenii declarandi contigiſſet,
quod ſtudium colligendis Par-
naſſi, Pindique, floribus collo-
cabat, adhibuiſſet in familiariun
delectu, quibus tutò vitam ſuan
committeret. Nam in ædib
Marii Frangipani, cui à conſ

confluxisse videntur. Missis aliorum Principum aulis, in quibus magnificè summa cum ingenii laude versatus est, maximè liberaliter habitus fuit à Carolo Emanuele, Sabaudiæ Duce. Sed leves plurimũ principum animi, & quibus vel minima noxa bilem commovet, abolétque omne, quidquid antea gratiæ fuerat repositum. Nam Marinus, cùm libris editis, aliisque in rebus, offendisse Carolum videretur, diuturni carceris molestia adfectus est. Qua tandem liberatus, parum abfuit, quin à Caspare Murtula, Ducis aulico, glande fuerit trajectus; ac, nisi postea effugisset, crematus una cum nobili Gallo, nomine Aprile. Inde subduxit se in Galliam, ubi ingenii famâ opes sibi, ac divitias, comparavit: dicato scilicet Adonide suo Ser. Reginæ Catharinæ de Medicis: à qua, nobilissimi in operis mercedem, centum accepit florenorum millia. Verùm ex Crœso repentè Irus factus, ereptâ per fraudem pecuniâ, Romam, in Humoristarum Academiam, se

ſuo Veronam properans ſub A
roram à ruſticis quibuſdam t
piter cæſus eſt. Cui ſi longior
fata vitam dediſſent, præcl
fuiſſet meritus de univerſa R
literaria. Nunc, quamvis illi
negatum diu vivere, reliquit
men, quo vixiſſe ſe luculen
teſtetur.

Ioannes Baptiſta Marinus. Joanni Baptiſtæ Marino ſin
lare ingenium, atque incredi
lis ad faciendos verſus indol
majorem gloriam, quàm felici
tem, peperit. Carmina ejus
mnium florum varietate conſp
ſa, ac ſententiis dulcibus, c
cinnis, acutiſque referta, miris
lecebris capiunt legentium a
mos. Eorum, quæ publico de
laudatur imprimis Lyra, tri
continens partibus amores pa
rum, piſcatorúmque cantile
funebres amicorum, & viror
illuſtrium laudationes, cum
ſacri argumenti odis, luſus pi
Sed laurum, hederam, atque
inſignium poetarum præ
Adonide ſuo promeruit: in
poema omnes numeri, lep
Veneres omnes, Cupidin

confluxiſſe videntur. Miſſis aliorum Principum aulis, in quibus magnificè ſumma cum ingenii laude verſatus eſt, maximè liberaliter habitus fuit à Carolo Emanuele, Sabaudiæ Duce. Sed leves plurimũ principum animi, & quibus vel minima noxa bilem commovet, abolétque omne, quidquid antea gratiæ fuerat repoſitum. Nam Marinus, cùm libris editis, aliiſque in rebus, offendiſſe Carolum videretur, diuturni carceris moleſtia adfectus eſt. Qua tandem liberatus, parum abfuit, quin à Caſpare Murtula, Ducis aulico, glande fuerit trajectus; ac, niſi poſtea effugiſſet, crematus una cum nobili Gallo, nomine Aprile. Inde ſubduxit ſe in Galliam, ubi ingenii famâ opes ſibi, ac divitias, comparavit: dicato ſcilicet Adonide ſuo Ser. Reginæ Catharinæ de Medicis: à qua, nobiliſſimi in operis mercedem, centum accepit florenorum millia. Verùm ex Crœſo repentè Irus factus, ereptâ per fraudem pecuniâ, Romam, i Humoriſtarum Academiam, re

ſigna depromſit. Unde magiſter, à quo prima doctrinæ rudimenta acceperat, ad publicas diſputationes Coſentiam invitatus, cùm ſubito impeditus morbo venire non poſſet, ſuum in locum ſubrogavit Thomam. Atque is ita præclarè, doctéque traditas ſibi partes adminiſtravit, ut omnibus eſſet miraculo. Libri deinde ſui, pro Teleſio philoſopho adverſùs Martam conſcripti, imprimendi gratia Neapolim cùm veniſſet, atque Ædem S. Mariæ Novæ præteriens, ex turba ingrediuntium cauſſam ejus cognoſcendi deſiderio incenderetur, vidit diſputationibus operam dari. Itaque & ſe certamini objecit, cœpitque ea, quæ tamquam firma, ratáque ponebantur, argumentis tam validis, tam aptè, argutéque concluſis, labefactare, & convellere, ut ovantis inſtar à ſui ordinis fratribus in hoſpitium deductus ſit. Paullo pòſt, perduellionis reus, quòd regnum *hoſtibus* prodere velle putaretur, *conjectus* eſt in carcerem; ubi *quinque* & viginti annos, omnibus

Boccalinus, ſapientiam ſuam cum exiſtimationis, vitæque periculo conjunctam. Duro enim mortis genere, ſacculis nempe arenaceis occiſus, Venetiis periit.

Thomas Campanella.

Omnes autem fati acerbitates, & quidquid uſquam truculentiæ eſt, pertuliſſe mihi videtur Thomas Campanella, egregium familiæ Dominicanæ lumen. Stylo, Calabriæ oppido, oriundus, maturè ſe intra Dominicanorum clauſtra dedit, neque minus celeriter eximii, ac humanæ conditionis vires exſuperantis, ingenii ſigna

ſigna depromſit. Unde magiſter, à quo prima doctrinæ rudimenta acceperat, ad publicas diſputationes Coſentiam invitatus, cùm ſubito impeditus morbo venire non poſſet, ſuum in locum ſubrogavit Thomam. Atque is ita præclarè, doctéque traditas ſibi partes adminiſtravit, ut omnibus eſſet miraculo. Libri deinde ſui, pro Teleſio philoſopho adverſùs Martam conſcripti, imprimendi gratia Neapolim cùm veniſſet, atque Ædem S. Mariæ Novæ præteriens, ex turba ingrediuntium cauſſam ejus cognoſcendi deſiderio incenderetur, vidit diſputationibus operam dari. Itaque & ſe certamini objecit, cœpitque ea, quæ tamquam firma, ratáque ponebantur, argumentis tam validis, tam aptè, argutéque concluſis, labefactare, & convellere, ut ovantis inſtar à ſui ordinis fratribus in hoſpitium deductus ſit. Paullo pòſt, perduellionis reus, quòd regnum hoſtibus prodere velle putaretur, conjectus eſt in carcerem; ubi quinque & viginti annos, omnibus

bus confectus miseriis, exegit. Atque illo imprimis tempore ultimum vitæ discrimen adiit, cùm quæstione de ipso ultra triginta horas crudeliter habitâ, omnes venæ, arteriæque tormentorum immanitate diffractæ, tantam sanguinis vim emitterent, ut sisti minimè posset. Admotis prætereа lignis, iisque quantum poterat contortis, usque adeò femora compressa sunt, ut in longum extensa, neque tres ferè digitos crassa remanserint. Nihilominus in horrendis hisce cruciatibus tantam præstitit animi fortitudinem, ut ne vocem quidem emiserit docti, ac sapientis viri, gravitate indignam. Elapsus demum ex vinculis, cum novam imminere sibi tempestatem animadverteret; in Galliam, tanquam portum, confugit, vixitque Regni illius Proceribus ad mortem usque acceptissimus.

Olivari à Bosco.

Campanellæ adjungam ætate suâ oratorem non infimum Olivarium à Bosco, nobili, ac generosæ Olivariæ familiæ insertum, ejusque insignibus, ac nomine donatum.

nimiâ victus contumaciâ, arripu
illum collo, atque è mensa extr
sit foras. Similiter postea ob m
rum importunitatem ejectus
ædibus Antonii Ursini, & Brach
ani Ducis, compulsus est aliu
dominum, Lares alios, atque u
bem, exquirere. Neapoli, u
principi cuidam viro in servitu
tem se dicaverat, per viam publ
cam eunti nescio quid superne d
jectum in oculos incidit, lumén
que penitus ademisset, nisi ex
cellentis medici operâ fuiss
provisum. Reversus Roman
quando non esset, unde viveret
quotidianum victum creditâ p
cuniâ emebat à caupone. C
præter verba cùm nihil solvere
in carcerem à lictoribus rapieb
tur. Sed, magno ejus commod
aderat vir dives; qui perconct
tus quantum deberet, dedit ta
tundem, & Balduccium è lict
rum manibus liberavit. Ad ec
dem autem inopiæ fluctus a
duò relabens, parum sæpe ab
quin sub fustibus vitam fi
Post multa vitæ discrimina, &
serias, quas referre longum

Familiam alioquin hon
divitiis, auxerat plurim
te Equestris ordinis
decoratus. In Patavi
Gymnasio per sex & vi
nos Avicennam felicit
pretatus est. Sed invidia
tum contraxit, quòd p
Patriæ, civiúmque Comi
quàm virum literatum
animum adjicere. Varii
matrimoniis implicitus, se
rum fortunatis. Duabu
uxoribus parentârat;
de cogitabat, relinquend
quòd sibi ob

lebris Juris Canonici doctor h
bebatur. Dumque sic ad ma
mos honores, increbescente
dies nominis, & eruditionis fa
eveheretur, Fortuna secun
adversa miscuit, vitámque v
lento fato conclusit. Siquid
sub Auroræ ortum ab hom
scelestissimo, & familiari o
suo, de medio tollitur, fœdé
dilaniatur.

Antiochus Tyberius. Dum verò ex Italiâ decessi
in Galliam festino, duos pro
omiseram viros excellentes, q
rum sortem nemo non deplor
dam dixerit. Eos igitur ser
potiùs apponere visum, qu
silentio penitus transire. Pr
est Antiochus Tyberius, sin
quondam divinatoriæ suæ
præmium consecutus, atque C
cles, & Lucas Gauricus; q
rum superius facta mentio. F
mus is post Petrum Aponen
duobus jacentem seculis, & e
plosam à sacri ordinis viris, M
giam excitavit. Eleganti, salt
non absurdo, de Chiroman
Pyromantia, Physiognon
aliisque id genus scientiis,

libro, tantum ſibi nominis, & famæ acquiſivit, ut ab omnibus de toto vitæ, fortunæque eventu, conſuleretur. Prædixerat aliquando ex volæ lineis Guidoni Balneo, ut & Pandulpho Malateſtæ, Ariminenſium tyranno, futurum eſſe, ut hic pelleretur dominatu, exúlque ſumma in miſeria periret; ille ab amico, perfidiæ ſuſpectus, occideretur. Neque fefellit eventus vaticinantem. Interfecit enim Pandulphus fortiſſimum Guidonem, & cui militarem ob animum Guerræ cognomen datum erat. Nec ſtetit hîc alterius ſævitas: ſed ipſum etiam Tyberium in carcerem conjecit, ut, pro rei eventu, ſupplicio aſſervaretur. Captus itaque, & compedibus nexus, cuſtodis arcis filiam, puellam mollem, orando, blandiendóque eò miſericordiæ pellexit, ut reſtem impetraret, ſeque in foſſam demitteret. Compedum verò ſonitu proditâ fugâ, retractus miſer, & pari ſorte cum *puella* ſecuri percuſſus. Sed non minùs in Pandulpho eſt prædicentis fides comprobata: ut qui

lento fato conclusit. Si
sub Auroræ ortum ab
scelestissimo, & famili
suo, de medio tollitur, f
dilaniatur.

Antiochus Tyberius. Dum verò ex Italiâ d
in Galliam festino, duo
omiseram viros excellent
rum sortem nemo non de
dam dixerit. Eos igitu
potiùs apponere visum,
silentio penitus transire
est Antiochus Tyberius
quondam divinatoriæ
præmium consecutus, at

libro, tantum ſibi nominis, & famæ acquiſivit, ut ab omnibus de toto vitæ, fortunæque eventu, conſuleretur. Prædixerat aliquando ex volæ lineis Guidoni Balneo, ut & Pandulpho Malateſtæ, Ariminenſium tyranno, futurum eſſe, ut hic pelleretur dominatu, exúlque ſumma in miſeria periret; ille ab amico, perfidiæ ſuſpectus, occideretur. Neque fefellit eventus vaticinantem. Interfecit enim Pandulphus fortiſſimum Guidonem, & cui militarem ob animum Guerræ cognomen datum erat. Nec ſtetit hîc alterius ſævitas: ſed ipſum etiam Tyberium in carcerem conjecit, ut, pro rei eventu, ſupplicio aſſervaretur. Captus itaque, & compedibus nexus, cuſtodis arcis filiam, puellam mollem, orando, blandiendóque eò miſericordiæ pellexit, ut reſtem impetraret, ſeque in foſſam demitteret. Compedum verò ſonitu proditâ fugâ, retractus miſer, & pari ſorte cum *puella* ſecuri percuſſus. Sed non minùs in Pandulpho eſt prædicentis fides comprobata; ut qui ejectus

ejectus patriâ, & à liberis desertus, misere in vilissimo perierit diversorio.

ierony-us Car-nus. Alter, qui inter infelices ultro sibi locum exposcit, magni est nominis mathematicus, & medicus, Hieronymus Cardanus. Varia ejus vita, ut mores; pluráque inaudita de se ipso singulari libro scripsit, quàm curiosior quispiam à me exigat. Assiduis quippe expositus fuit tum ludentis, tum sævientis Fortunæ tempestatibus; ita ut securum, tutúmque vix habuerit ipsum senectutis suæ nidum. Casu primùm domus grandem passus bonorum jacturam, è docentium deinde collegio rejectus, mutata sæpius urbe, atque in urbe habitationibus propter inopiam, vagus. Ut mirum sit, oppigneratis etiam uxoris ornamentis, & supellectile, potuisse omnibus carere præsidiis; magis, non mendicasse carentem; maximè, nihil admisisse, aut cogitasse, indignum majoribus suis, & dignitatibus, quibus antea fuerat decoratus. Patre vita functo, contulit se in Saccense oppidum, dum

dum patria annonæ penuria, peſtilenti morbo, atque omni malorum genere, vaſtaretur. Quibus remiſſis aliquantulum procellis, Mediolanum rediit, non cogitans, ubivis melius ſibi eſſe, quàm in patria. Mox enim à Barbianis è Collegio ejectus, Saccenſe oppidulum, tanquam ſecurius domicilium, repetere cogebatur: ſed non ea, qua abierat, valetudine. Quippe tuſſi, tabe, empyemate ex crudo humore fœtido, eò perductus eſt, unde raro quiſpiam ad ſalutem redire ſolet. Anno tamen proximo ſanitati ex parte reſtitutus, cùm jam miſero nihil relictum foret, à præfectis Xenodochii Mediolanenſis, ope imprimis Philippi Archintii, tantum obtinuit, ut aliquo laboris condimento publicè Matheſin profiteretur. Quatuor autem extrema fuere pericula, quibus, niſi affulſiſſet tanquam è machina Deus, illico periiſſet. Submerſionis primum; alterum canis rabidi; caſus cæmenti tertium; ultimum denique orta in domo nobilis Ve-

tereanon accidit? Sæpiſſime illi nexintentata, præ aliis, etiam à ſervo domeſtico; quam paucis ſolùm horis prævenit. Succeſſere hinc, præter gravem, & diuturnam podagram, crebra vitæ pericula, & inſidiæ, cùm parùm cognitæ eſſent illi viæ Romanæ, atque inconditi mores. Imò minuta hæc omnia, ſi attendamus, quot, quantáſque in liberis calamitates pertulerit. Major enim filius, quòd uxorem veneno ſuſtuliſſe diceretur, captus, atque in carcere ſecuri percuſſus eſt. Quâ ignominiâ ſpretus erat omnibus, ingratus devitabat amicos, quo ſe cōferret non habebat, neſcio, utrum infelicior, an odioſior. Subiere mox filii junioris ſtultitia, flagitia, vexationes; adeò, ut carceri illum mancipare, in exilium agere, paterna hæreditate privare, neceſſe habuerit. Tota itaque filiorum res peſſimè ſe habuit; & filia, in qua ſola duntaxat ſpes aliqua boni ſupererat, nupta Bartholomeo Saccho, patricio Mediolanenſi, ſterilis evaſit. Tandem vir ſummus, cùm tribus diebus minus,

...a acceleraſſe cred...

HActenus de Italis. Nunc illuſtrioribus aliquot Gal... viris agamus. Quos inter ... miliam non incommodè duxe... Petrus Gillius, Albienſis, tum hu... manoribus literis, tum philoſo... phiæ cognitione inſignis. Hun... Franciſcus primus, cùm de ex... ſtruenda bibliotheca cogitaret, in Græciam, Aſiámque legavit, ut Græcorũ ſcriptorum codices, ma... nu exaratos, undique conquire... ret, atque in Galliam aſportaret. Verùm non tam felicit... ...eregri...

nam podagram, crebra vitæ
cula, & insidiæ, cùm parùr
gnitæ essent illi viæ Romana
que inconditi mores. Imò m
hæc omnia, si attendamus,
quantásque in liberis cala
tes pertulerit. Major enim f
quòd uxorem veneno sust
diceretur, captus, atque in ca
securi percussus est. Quâ ign
niâ spretus erat omnibus, ing
devitabat amicos, quo se cōf
non habebat, nescio, utrum
licior, an odiosior. Subiere
filii junioris stultitia, flagitia
xationes; adeò, ut carceri
mancipare, in exilium agere
terna hæreditate privare, ne
habuerit. Tota itaque filic
res pessimè se habuit; & fil
qua sola duntaxat spes aliqu
ni supererat, nupta Barth
meo Saccho, patricio Med
nensi, sterilis evasit. Tande
summus, cùm tribus dieb

nus, ſeptuageſimũ quintum annũ impleviſſet; eodem, quo prædixerat anno, & die, ne falleret, mortẽ ſuam inediâ acceleraſſe creditus.

HActenus de Italis. Nunc de illuſtrioribus aliquot Galliæ viris agamus. Quos inter familiam non incommodè duxerit Petrus Gillius, Albienſis, tum humanoribus literis, tum philoſophiæ cognitione inſignis. Hunc Franciſcus primus, cùm de exſtruenda bibliotheca cogitaret, in Græciam, Aſiámque legavit, ut Græcorũ ſcriptorum codices, manu exaratos, undique conquireret, atque in Galliam aſportaret. Verùm non tam feliciter ceſſit illa peregrinatio, atque cogitârat vir eruditiſſimus. Longiſſimè enim gentiũ abductus, neque ullo regis adjutus auxilio, eâ ætate, qua veterani emereri ſolẽt, tyro coactus eſt Perſarum caſtra ſequi. Vidimus ejus ad amicum epiſtolam; qua queritur, fortunam ſuam *omni* deſtitutam ſolatio, ac tenui vectigali ægre ſuſtentatam annorũ quadraginta peregrinationem

Pe Gi

Interim nihil esse æquius, quàm regem sibi dare aliquod perfugium senectutis suæ, cùm ipsius præscripto tantum susceperit iter, tamque diu sustinuerit. Omnibus se voluptatibus privatum; senem tot ærumnas subiisse, ut jucundum quid Regi gratificari posset. Præterea per totos viginti annos non destitisse bene mereri de Francisco, ac Valesiâ gente, cùm aliis orationibus, tum præsertim tribus ad regem Angliæ, suadentibus, ut Franciæ regium nomen non amplius usurpet, aut ejus partes repetat. Mirari proinde, se penitus adeò destitui *ab illo*, à quo minimè deberet. Refert tiam, ut nox quædam valde exercuerit tyrocinium militiæ suæ: fuso scilicet ad Taurum montem exercitu, equo se, aliisque ornamentis spoliatum, à mediâ nocte ad diem usque, inter tot fugientium millia, fugisse peditem, atque, ad stuporem omnium, incolumem evasisse. *Hujusmodi* sunt, quæ de itinerum, & *paupertatis* molestiâ, ipse in prædicta narrat epistola. A Gerbensibus

tiſſimi Præſidis officium exercuit. Majori quidem nominis famâ, quòd certatim in eo elucerent hinc Senatoria purpura, illinc humaniorum, & politiorum literarum ſplendor. Sed creſcentem viri gloriam ſubvertit fati malignitas. Quippe ſceleratorum conjuratione criminis accuſatus, in extremum capitis, fortunarúmque diſcrimen adductus eſt; nec purgandi ſe occaſionem præbuit feſtina mors. Ea res non inſignem modò calamitatem intulit domui, atque opibus univerſis; ſed eorum etiam jacturam, quæ neque parari pretio, neque reſtitui poſſunt. Quæcumque enim aut collegerat, aut in difficiliores Græcorum auctorum locos eruditiſſimè adnotârat, magno nominis detrimento fuere diſſipata. Ipſe in Baſtiliam arcem conjectus, quod ex aſtrorum indicio jampridem eventurum præſagierat, ſenex exquiſito mortis genere obiit.

Quantum poeſi detrimenti inflixit immatura mors Petri Fulvii *Pictonis*, ſuaviſſimi, atque argu- *Petrus Fulvius*

tiſſimi poetæ ! Cujus viri poemata, niſi periiſſent, ejuſmodi cenſerentur, ut nullâ temporum injuriâ poſſent aboleri. Laudatæ imprimis illius tragœdiæ; in quibus, magno adhibito judicio, Senecam prudentiſſimè expreſſerat. Cariſſimus fuit doctis omnibus, qui Pictavienſem Academiam frequentabant; & præ reliquis acceptus Antonio Mureto, dum in Samarthano doceret Gymnaſio ſtudiorum comiti, atque æmulo. Imò natum quandoque inter Fulvium, Muretum, & Joachimum Bellaium poeticum certamen, Salmonio Macrino judice; qui ex tribus Epigrammatis Fulviano palmam attribuit. Sed præſecta citò nimium tantæ ubertatis vena. Nam in prima diſſidii Gallici procella, exorto Auguſtoriti bacchantis vulgi inſaniſſimo tumultu, ſubitus pavor molliorem hominis animam facilè oppreſſit.

Carolus Molinæus. Sævientis Fortunæ procellas fortiſſimo tulit animo Iuris antiqui, & Gallici, conſultiſſimus, Carolus Molinæus. Quamvis enim

enim ingruerent graves, magnæque; non potuerunt tamen de solido constantiæ gradu dejicere, aut inhibere à legum municipalium interpretatione, Galliæ, Germaniæque, Iurisconsultum. Hic est, qui, initio Parmensis belli adversùs Iulium Pontificem, publicato in edictum Henrici Secundi contra depravatam Curiæ Romanæ dispensandis sacerdotiis disciplinam commentario, gravissimam in offensionem incidit. Cùm enim ea scripsisset, quæ ad tuendam Ecclesiæ Gallicæ libertatem pertinerent, à plerisque ita sunt accepta, quasi auctoritatem Pontificiam videretur convellere. Exosus igitur omnibus, hanc indignam meritis suis gratiam à patria retulit, ut urbem, forúmque relinquere, & solum vertere, cogeretur. Exul deinde voluntarius Germaniam petiit; ubi tanto principum omnium, civitatumque applausu, exceptus est, ut propositis certatim præmiis, ad *Iuris* professionem ab illis invitaretur. Maximo quidem levita-

tissimi poetæ! Cujus viri poemata, nisi periissent, ejusmodi censerentur, ut nullâ temporum injuriâ possent aboleri. Laudatæ imprimis illius tragœdiæ; in quibus, magno adhibito judicio, Senecam prudentissimè expresserat. Carissimus fuit doctis omnibus, qui Pictaviensem Academiam frequentabant; & præ reliquis acceptus Antonio Mureto, dum in Samarthano doceret Gymnasio studiorum comiti, atque æmulo. Imò natum quandoque inter Fulvium, Muretum, & Joachimum Bellaium poeticum certamen, Salmonio Macrino judice; qui ex tribus Epigrammatis Fulviano palmam attribuit. Sed præsecta citò nimium tantæ ubertatis vena. Nam in prima diffidii Gallici procella, exorto Augustoriti bacchantis vulgi insanissimo tumultu, subitus pavor molliorem hominis animam facilè oppressit.

[Car]olus [M]oli[næus] Sævientis Fortunæ procellas *fortissimo* tulit animo Iuris antiqui, & Gallici, consultissimus, *Carolus* Molinæus. Quamvis enim

gantiſſimè diſpungere, atque ita ſemper aut forenſibus actionibus, aut animum diſciplinis exercere. Matheſi verò addictiorem fuiſſe, ſcripta ejus in Euclidem, & librum quidem decimum, à paucis antea tentatum, manifeſtè declarant. Non tamen tot egregiæ artes potuere poſſeſſorem, & cultorem ſui, à calamitatum telis defendere. Sed ob religionis cauſſam bellis inteſtinis graviter jactatus, cùm Sancerras ad Ligurim confugiſſet, contracto ſimiliter ex mœrore morbo, animam Deo reddidit. Bibliotheca etiam ejus, omnium librorum copia inſtructa, Mathematicis præſertim, & Græcis, illiſque majorem partem manuſcriptis, atque ipſius ſtudio emendatis, barbarâ iſtâ immanitate direpta eſt.

Quot acerba Galliæ funera, & diros caſus, objecit nuptiarum ille Pariſienſium dies! Graſſatum eo tempore pari furore in innoxios, atque immerentes: ipſâſque in matresfamilias, ac virgines nobiles, & generoſas, plus quàm barbaro more ſævitum, eſt. Tot gra-

fime in vi...
fi elufis custodibus, tam...
tus personâ evaderet. Regis
stea jussu in Galliam revoca...
fortunam apud suos nihilo æ...
orem persensit. Iterum q...
recrudescere malevolorum
dia; quorum circumventu...
diis, carceris molestiam ips...
nectute subiit vir bonus, ...
plex, quique patriæ cari...
pra quàm dici potest infla...
tur. Sexagenario major
extinctus est, cùm emend...
in religione, quam tanto...
siderabat, in licentiam, ...
nes versam, animadvert...
Addam huic Senator...
Petrus ...cellentis ingenii, &...

gantiſſimè diſpungere, atque ita ſemper aut forenſibus actionibus, aut animum diſciplinis exercere. Matheſi verò addictiorem fuiſſe, ſcripta ejus in Euclidem, & librum quidem decimum, à paucis antea tentatum, manifeſtè declarant. Non tamen tot egregiæ artes potuere poſſeſſorem, & cultorem ſui, à calamitatum telis defendere. Sed ob religionis cauſſam bellis inteſtinis graviter jactatus, cùm Sancerras ad Ligurim confugiſſet, contracto ſimiliter ex mœrore morbo, animam Deo reddidit. Bibliotheca etiam ejus, omnium librorum copia inſtructa, Mathematicis præſertim, & Græcis, illiſque majorem partem manuſcriptis, atque ipſius ſtudio emendatis, barbarâ iſtâ immanitate direpta eſt.

Quot acerba Galliæ funera, & diros caſus, objecit nuptiarum ille Pariſienſium dies! Graſſatum eo tempore pari furore in innoxios, atque immerentes: ipſáſque in matresfamilias, ac virgines nobiles, & generoſas, plus quàm barbaro more ſævitum eſt. Tot

gravidæ mulieres, contra gentium omnium, nationúmque instituta, ante partum editum in flumen crudeliter abjectæ! Multi ætate grandes, quique morbo confecti lecto tenebantur; multi dignitatibus publicis præcellentes; senatores multi, eruditissimique bonarum artium doctores, & magistri indictâ caussâ supplicio adfecti. Hos inter primo se limine offert vir ob philosophiam, aliásque disciplinas, toto orbe celebratus, Petrus Ramus. Natus is patre quidem agricolâ; sed ex stirpe nobili, quique genus suum ex Eburonibus repeteret. Avus Burgundionum armis patriâ pulsus, atque omnibus exutus bonis, ad Veromanduos confugit, ibique carbonariam exercuit. Ipse autem, cùm à puero ingenita quadam literarum cupiditate incensus, Parisios ultro venisset, superatis calamitatum scopulis, talis evasit, qualem scripta arguunt; susceptóque profitendi munere, æquales suos tum auditorum frequentiâ, tum eloquentiæ famâ, longissimè anteivit.

Petrus Ramus.

Cúm-

Cúmque Philoſophiam priùs, poſtea verò mathematicas artes docuiſſet, Ariſtotelem tandem voce, & ſcriptis, importunè oppugnans, erroneam in philoſophicis induxiſſe viam creditus eſt. Qua de re magnæ illi cum Iacobo Carpentario controverſiæ fuere; nec minores antea cum Antonio Goveano, & Ioachimo Perionio. Sed emiſſis à Carpentario æmulo, & lanienam adjuvante, ſicariis diſcipulis, è cella, in quam confugerat, exſtractus, pecuniâ cum opibus univerſis direptâ, & inflictis aliquot vulneribus, ſuperne è feneſtra in aream dejectus eſt. Cadaver effuſis viſceribus, quæ furentes etiam eâdem rabie pueri per vias ſparſerunt, ſcuticis in profeſſionis opprobrium verberatum, atque immaniter raptum.

Rami caſus ſecũ traxit Dionyſium Lambinũ, humaniorum literarum, & utriuſque linguæ, in Gymnaſio Pariſienſi profeſſorum regium. Unde manârunt uberes illi in Plautum, Lucretium, Horatiũ, Nepotẽ, utque de Cicerone nihil di- *Dion. Lambinus.*

ſtantes internecione deleret; ta-
men multis de cauſſis vitam d...
nare voluiſſe; ac miſiſſe ſe, ut a...
Luparam illum deduceret. Do-
lum animadvertens Placius, ex-
cuſare ſe, & paucorum dierum,
dum plebis rabies deferbuiſſet,
ſpacium expetere. Inſtare contra
Seneſcæus, hortari, ut ſine mora
regis mandato pareat; atque ad
majorem, ut aiebat, ſecuritatem,
Pezovium, præcipuum ſeditionis
ducem, addere. At Placius miſe-
re deceptus, & mulo, quo vehe-
batur, deturbatus, pugionum cre-
bris ictibus confoditur. Corpus
ejus tractum diu, ac tandem in
ſtabulum publicarum ædium ab-
jectum eſt.

Ioannes Corraſius. Toloſæ magna quoque intem-
peries exercita. Ubi cùm Prote-
ſtantes in carcerem Palatinum o-

tione agnitus, in latronum manus devenit; ac postquam diu inter spem, & metum anxio illusum fuisset, capite truncatus à Cruciario quodam aurifice. Homo iste, Acherontis pabulum, & cruce, aliisque exquisitissimis tormentis, verè dignus, immani sæpe vesaniâ jactabat, cùm nudum exeruisset brachium; illo se quadringentis amplius homines brevi tempore mactâsse. Deinde pœnitentiâ ductus, sive potiùs conscientiâ terrente, hominum conspectum, tot homicidiis infamis, vitavit; atque anachoretam professus, in solitudinem concessit; ubi tamen ferinam istam naturam deponere non potuit.

Occisus item scelestissimè Petrus Placius, Curiæ vectigalium primarius præses, vir gravitate, doctrina, atque integritate clarissimus. Aliquandiu sese ballistariorum ope, à Nicolao Bellofremontio, Senescæo, & Carronio, attributorum, à plebis furore defenderat. Postea verò Senescæus, magno hospitio à Carolo præpositus, ad Placium venit Pe Pl

dicam, alios etiam auctores,co mentarii. Vir utique eximius, que ob exactam Græcæ, La næque linguæ peritiam, à doct ſimis maximo in honore habit Hujus ad aures cùm fama de i terfecto Ramo perveniſſet, cùr que ſibi cum eodem Carpenta occultas, ob rem literariam, multates interceſſiſſe ſciret, xemplum Rami veritus, ad conſternatus eſt, ut in morbu inciderit graviſſimum; ex q poſt menſem deceſſit.

Guilielmus Bertrandus Villemorius.

Temporum illorum furor al etiam, nunquam Proteſtanti religionem profeſſos, inaud truculentiâ amplexus eſt. Guili mus enim Bertrandus Villem rius, libellorum ſupplicum n giſter, Ioannis Bertrandi P cancellarii, & poſtea Cardina filius, vir doctus, ac liberalis, i miſſis à Fergone ſicariis, pecu ſpoliatus, atque interfectus eſ

Iacobus Roliardus.

Similiter Iacobus Roliard Senator Pariſienſis, & ſacri col gii ſodalis, cùm dies aliquot i mici ſacerdotis domo latui garrulæ tandem ancillæ p

aritate usus, in errorem delirum, ac juxta detestandum, de feminei sexûs salutari reparatione nondum consummatâ incidit; quem Parisios reversus, frequenti auditorum turbâ publicavit, & defendit. Adhæc morte se obitâ vocatum ad superos, & juvenili ætati restitutum, ineptè mentiebatur. Magnâ quidem stolidæ plebis, atque eorum imprimis admiratione, qui meminissent, eum vetulum, & canescentem, abiisse; & tum longo intervallo reducem nigrante barbâ, atque ævi flore conspicuum, viderent. Sic enim eos homo mirificus captabat, simulatóque per pigmenta miraculo, fidem suis nugis, & auctoritatem conciliare nitebatur. Accusatus autem à theologis, atque à magistratu graviter increpitus, in Germaniam aufugere coactus est; ubi in Ferdinandi Cæsaris aula tam diu latuit, donec, recantatis erroribus, in patriam redeundi, & publicè profitendi, facultas redderetur. Verùm cùm recidere ad eandem quæstionem videretur, interdicto plan-

planè publicarum lectionum
in monasterium Sanmartinian
relegatus est; in quo, etiam c
tenario ferè proximus, miserri
vitæ, & solitudinis tandem pe
tæsus, interiit.

ldus rius. Raro aliàs illudentis fortunæ præclarius exemplum apparuit quàm in Arnoldo Ferrerio Tolosano, Iurisconsulto gravissimo, atque Inquisitionum Parisiensium præside. Idem Concilio Tridentino magna cum dignitate interfuit, & bis ad Rempublicam Venetam à Principe Orator missus est. In posteriari verò legatione, cùm stipendiis fraudatus suo propè sumtu regno serviisset; re familiari absumtâ, ære alieno demersus, reverti in patriam cogebatur. Incidebat autem in extrema illa tempora, cùm specie boni publici, & tuendæ Religionis Catholicæ, bellum opulentissimas quondam Galliæ res affligeret, ac penè perderet. Postquam igitur quod impenderat non restitueretur, inops, ac miserabilis senex ad Henricum Borbonium, Navarræ regem, confu-

git, omnium virtutum,atque eruditionis, amantiſſimum principem. Ab eo non benignè ſolùm exceptus Ferrerius, ſed ob excellentem doctrinam ſacri etiam ſigilli cuſtodiâ ornatus eſt. Et cœperat jam facilioris, ac commodioris vitæ ſpes tandem ingens affulgere, cùm ampliſſimi muneris adminiſtrationem vix ingreſſus, ipſo in limine repentè concidit.

Gulielmus Pellicerius. Legatione quidem eadem feliciùs paullò uſus, ſed reliquum vitæ curſum non ita proſperum expertus, Gulielmus Pellicerius. Bacchante ſcilicet, more ſuo, in præſtantiſſimum hominem invidiâ, objectâque à ſycophantis criminatione, quaſi cælibatûs legem non ſatis pro ſacri ordinis munere obſervaret; in ſummo tum bonorum, tum vitæ, periculo verſatus eſt. Concepto proinde totius aulæ faſtidio, abdidit ſe in ſeceſſum Monſpelienſem; ubi in jucundiſſimo illo Muſarum ſinu placidè acquievit. Tandem verò inter vehementes, & moleſtiſſimos cruciatus, contabuit; eroſis vide-

videlicet lento, & insanabili vulnere præcordiis; idque pessimi pharmacopolæ culpâ, qui catapotia ex malè tritâ colochyntide ægrotanti sumenda obtulerat. Periere simul cum auctore suo omnes in Plinium, & scriptores alios, castigationes; quas majori qiudem perfectione confecerat, quòd in ejusmodi usum bibliothecam haberet locupletissimam, innumerisque veterum manuscriptis, & codicibus præstantissimis, ornatissimam.

Accedo nunc ad celeberrimam, sed infelicem, Jurisconsultorum trigam, ac clarissima Iurisprudentiæ lumina, Hotomannum, Cujacium, & Barnabam Brissonium. Certè ex his, uti innumeris aliis, videre est, Galliam illustrium virorum fœcundam magis, quàm amantem. Plerumque enim sic usu venit, ut, postquam magna eruditionis, atque industriæ suæ dederunt commoda, indignam tandem meritis gratiam referant.

[F]ranciscus [Hot]oman- Arguit hæc Franciscus Hotomannus, vir eruditione variâ, potissimùm eximiâ in illustra[...]

Ro[...]

Romanorum jure facundiâ conspicuus. Patre Senatore Parisiensi Lutetiæ natus, simulac juri civili operam Aureliani dedisset, ob religionis caussam pulsus patria, & profugus, Lausanæ primùm docuit. Inde à Ioanne Monlucio Valentiam, ac postea à Margarita, Biturigum duce, Avaricum revocatus, assiduam jure dicendo operam longo tempore navavit. Cúmque jam certum sibi larem constituere tandem in animo haberet; exortâ repentè procellâ turbatus, & graviter afflictus, patriam ingratam omnino deseruit, & ad montem Pelicardi in Sequanis, ac postremo Basileæ, amissà priùs conjuge, sedem fixit. Variis istic editis de jure, aliisque ad antiquitatis, & politioris literaturæ, illustrationem operibus, ætatis anno sexagesimo sexto, contractâ ex dolore hydrope, decessit.

Sequitur Iacobus Cujacius, rarum non Galliæ modò, sed universi orbis, in quo literæ, & Iurisprudentia vigent, ornamentum; cui quidquid puræ, nativæque lucis *Iacobus Cujaciu[s]*

cis illi ſcientiæ undecumque *ne*
ceſſit ætas omnis debitura
Docuit pluribus locis, ac præ
tim apud Biturigas; ubi incredi
li nationum concurſu, intima
ris, & antiquitatis penetralia
ventuti diligentiſſimè reſolvet
Magno quidem Toloſæ opp
brio; quæ ad exorientem alun
lucem caligans, eum poſtulato
thedræ honore turpiter repu
rat. Neque felicitatem ſuam
ſtimare novit Biturigum ur
Sed illa tam nobile depoſit
cùm omni cura aſſervare, ac tu
deberet; indigniſſimè ferè pr
jecit, ac perdidit. Oborto ſci
cet ſeditioſorum tumultu; qui
rum præſtantiſſimum de certa
Principem fide ſuſpectum habe
tes, non ſemel interimere ſunt
nati. Cùm itaque Cujacius,
profeſſione, ſic moribus, juris,
æqui obſervantiſſimus, per f
ctiones omnia perverti, ingenu
libertatem corrumpi, candor
per fucos, & deteſtandas in re
gione ſimulationes amitti, ſec
non tantùm à ſceleratis obſer
ti, *ſed* oculis ad cædem deſig

pe vivens, vidénſque, laude, qua
meruerat, frueretur; cùmque
foro, ac ſubſelliis, Iuriſconſult
rum quiſque peculiari ſuo nom
ne citetur; ipſe per eminentian
Iuriſconſultus appellaretur. Se
grandi malo contaminata ejuſ
modi felicitas. Filia quippe, quan
ſolam habebat, quæſtui dedere ſ
fœdiſſimo; jactaréque, nomen,
quod pater Iuris ſcientia tota
Gallia, orbéque, conſecutus fue-
rat celeberrimum, meretriciis ſe
artibus paraturam.

Immane verò ſcelus, & mulris
inauditum

qui eruditorum ...
nio suo opponeret. Sed, æst
novis iterum tumultibus
in litium tricas incidit ,
evolvere se nunquam citra
periculum posset ; auditú
sæpius amicis non sine ge
ductis imo ex pectore s
dicere , se ad macellum
Neque tristi hoc augurio
defuit. Nam ab effren
aliquot, & Cromæo præ
Cruceo, hominibus cru
ribus, missi, qui Brisson
natum venientem , ad
stellum sisterent. Illi
... & nil

ia procumbere jussit. Tum la-
a adversùs tanquam divinæ, humanæque, majestatis reum, & proditionis convictum, sententia recitatur. Qua auditâ attonitus, quæsivit primùm, quibus à judicibus condemnatus, quibus indiciis, ac testibus, convictus esset. Alteris defensionem hanc ridentibus, ac jubentibus, quod instaret ageret; ad miseras ille preces conversus, mortem deprecari, & muris includi se petere, ad absolvendum opus, quod magno aliàs Reipublicæ detrimento periret. Tandem verò post cassas preces, spatio vix ad peccata confitendum concesso, ad tignum, urgente Cromæo, suspenditur, &, compressis laqueo faucibus, crudeliter necatur. Comprehensi tum quoque alii duo viri egregii, Claudius Arcerius, Curiæ Senator, & Ioannes Tardivius, in subselliis inferioribus consiliarius. Arcerius, cùm pendentem ex tigno Brissonium videret, Cromæum sententiam legentem in-
ter

Claudi[us] Arceriu[s]

terrupit, & poſt tantum virum, tam fœda morte affectum, *vi*tam ſibi moleſtam inclamavit; nihilque cunctatus, habito priùs cum ſacerdote colloquio, ad mortem ſe conſtantiſſimè compoſuit. Atque eandem fortunam pari animo ſubiit Ioannes Tardivius, vitámque, ut alii, laqueo finivit. Corpora poſtridie ante ædes urbanas patibulis ignominioſè adfixa, ad ſpectaculum furenti plebi per biduum proſtiterunt.

[Io]annes [T]ardi[v]ius.

[N]icolaus [S]udorius.

Faciat quoque partem operis Nicolaus Sudorius, in Curia Pariſienſi, cùm viveret, Inquiſitiorum Præſes, utque reliquarum diſciplinarum, ſic Poeſios, amantiſſimus. Et mirandum, vel in mediis civilium negotiorum fluctibus adeò illum ſuæ ſpontis fuiſſe, ut ad ſuavitates poeticas animum ſæpiſſime deflecteret. Imò majore admiratione dignius, feciſſe Sudorium in maximis tumultibus, quod ipſe optimus artis poeticæ magiſter Flaccus in *ſumma* quiete fieri poſſe negaverat. Arduum ſcilicet illud opus, *nulli*que alii hactenus tentatum

d

... anno solum ... vita dig
simo quinto, ætatis quin
manu, dum è ab impia latr
bus Lutetiam Sequanorum
itinere sævissime se reciperet, in i
necatus.

Non sine seculi opprobrio
maxima durissimæ sortis malig
tate vitam egit, finiitque, Iac
bus Lodoicus Strebæus. Ortu
is ex humili familia Remensis a
gri, & parentibus pauperrimis,
ed excelso, & divinum spirante
ngenio præditus, Philosophiæ se,
que Eloquentiæ studiis, totum
dit. Et Latina ...

desistere coactus, & totum illum Philosophiæ patrem Latinâ veste induere, vetitus est. Urgens videlicet rei familiaris egestas à jucundo Musarum otio abducebat, atque aliò trahebat invitum. Cùm igitur ad tuendum eruditionis decus necessaria deessent fortunæ subsidia; apud typographos Parisienses mendis operarum corrigendis inops, ac debile senium, sustentare compulsus, in rerum tandem omnium penuria defecit.

te- us m- Apparuit luculenter in Ioanne Stephano Durantio, plerosque tum Tolosanæ factionis homines, dum Catholicæ religionis caussam libidini suæ prætenderent, non aliò intendisse, quàm ut optimorum civium internecione teterrimam imperio pestem molirentur. Nullum enim in efferâ istâ animorum dissensione vidit Gallia, qui religionem illam aut coleret constantiùs, aut majore studio, laboréque promoveret. Vir quippe antiqua morum gravitate, & doctrinâ conspicuus, de *sacris* Ecclesiæ ritibus librum con-

ſcripſit, adeò quidem proba-
n, ut poſt mortem ejus Romæ,
us Sixti V Pontificis Maximi
u, & expenſis, ederetur. Pa-
is Senatore natus, omnibus-
artibus, eximio Iuriſconſul-
lignis, inſtitutus, poſtquam
giæ advocationis in patrio Se-
u munus per annos aliquot ad-
iſtrâſſet, ad ipſum ſenatus
ncipatum, admirabili cum to-
urbis, & provinciæ lætitiâ,
vectus eſt. Cæſis poſtea Gui-
is fratribus, Toloſæ, ut &
in locis, oborta ingens ſedi-
; cui dum pro muneris ſui
oritate reſiſtere, nomenque
gium tueri, ac defendere niti-
acerrimam rabidæ jam ple-
ram in ſe derivavit. Monitus
nde ab amicis, ut ſeceſſu ſibi
uleret, reſpondit vir patriæ
ntiſſimus; ſe quidem tanquam
lta ſpecula proſpicere tem-
atem, urbiſque everſionem;
rum ruina ejus malle obrui,
n committere, ut aut deſeruiſ-
m, aut ſeditioni cauſſam de-
videretur. Neque multò
Durantius, cùm curru vectus
è cu-

D

è curia exiret, ab efferata multitudine pænè oppressus est, gladiorum ictibus undique curru perforato; quos ille, resupino jacens corpore, atque aurigâ per medium conjuratorum globum equos impellente, utcunque devitavit. Tandem verò cùm ad putei marginem rotæ citatissimæ desiliissent; ipse pedes in Capitolium, munitissimum totâ urbe locum, se recepit. In Dominicanorum deinde cœnobium detrusus, arctaque adeò custodiâ servatus est, ut accessus ad eum ipsi vix conjugi patuerit. Morti destinatus, atque à stipatorum nequissimo furenti plebi traditus, cùm vultu constanti, quid tanto dignum odio facinus commisisset, adstantes rogaret; multique, qui auctoritatem antea viri suspexerant, vim abstinerent; repertus est unus, qui mediam turbam perrumpens, ictu sclopeti senis pectus transverberavit. Mox incumbentes alii innumeris plagis confodiunt jacentem, corpusque per vias raptatum in platea S. Georgii sistunt, atque ad portam fer-

ferream pegmatis in pedes ere-
ctum laqueo ſuſpendunt. Qui-
dam etiam nihil ſentienti barbam
vellicabant, magno certè veſanæ
amentiæ documento.

Qui illuſtriori Stephanorum *Henr. Steph.*
typographiæ finem impoſuit, fa-
ciat quoque Appendici meæ
Henricus Stephanus. Sanè ſi quiſ-
quam inter rei literariæ principes
referri mereatur; vel ille omnium
facilè judicio cenſebitur. Erat
iſti viro ſumma ingenii fœcundi-
tas, & ſive Græcè, ſive Latinè
ſcriberet, utriusque linguæ uſus,
& facultas paratiſſima. Quot ve-
terum, tum ſacrorum, tum profa-
norum volumina ex celeberrima
ejus officina exiere multò quàm
prius emendatiora, venuſtioribus
multò typis excuſa, & doctiſſimis
ipſius commentariis illuſtrata!
Nihil verò laborum pejus un-
quam ceſſit, quàm ſcripta pro
Herodoto apologia. Iſto quippe
libro cùm graviſſimè in ſacrum
iſtum cucullatorum ordinem pec-
câſſe judicaretur, ignibus fuiſſet
expiandus, niſi imminenti pericu-
lo tempore ſe ſubduxiſſet. Ste-

phanoitaque fugâ ſibi co
te,atque in nivoſis Arvern
tibus latitante, cremata à
effigies pro ipſo pœnas lui
jocabatur ſæpe, ut erat
cavillator : *nunquam ſe n*
guiſſe, quàm cùm Pariſiis uſt
Multis deinde peregrinat
diu in Germania vagus, c
triam oblivifci non poſſet
dunum ſe contulit; ubi opi
que ipſo etiam ingenio
tus, vitæ, & tot exantlatis
publ. Literaria laboribus
ſocomio finem fecit.

Atque hi ſunt, quos ex
Galliâque, viros calami
memorabiles colligere me
ribus immerſum, ſiverun
poris anguſtiæ. De Ge
Belgis, & cæterarum g
eruditis, aliàs fortè, volent
agemus.

FINIS.





phanoitaque fugâ sibi consulente, atque in nivosis Arverniæ montibus latitante, cremata à tortore effigies pro ipso pœnas luit. Vnde jocabatur sæpe, ut erat ingenio cavillator: *numquam se magis riguisse, quàm cùm Parisiis ustularetur.* Multis deinde peregrinationibus diu in Germania vagus, cùm patriam oblivisci non posset, Lugdunum se contulit; ubi opibus, atque ipso etiam ingenio destitutus, vitæ, & tot exantlatis pro republ. Literaria laboribus, in nosocomio finem fecit.

Atque hi sunt, quos ex Jtalia, Gallià que, viros calamitatibus memorabiles colligere me, majoribus immersum, siverunt temporis angustiæ. De Germanis, Belgis, & cæterarum gentium eruditis, aliàs fortè, volente Deo, agemus.

FINIS.



phano itaque fugâ sibi consulente, atque in nivosis Arverniæ montibus latitante, cremata à tortore effigies pro ipso pœnas luit. Vnde jocabatur sæpe, ut erat ingenio cavillator: *nunquam se magis riguisse, quàm cùm Parisiis ustularetur.* Multis deinde peregrinationibus diu in Germania vagus, cùm patriam oblivisci non posset, Lugdunum se contulit; ubi opibus, atque ipso etiam ingenio destitutus, vitæ, & tot exantlatis pro republ. Literaria laboribus, in nosocomio finem fecit.

Atque hi sunt, quos ex Jtalia, Galliàque, viros calamitatibus memorabiles colligere me, majoribus immersum, siverunt temporis angustiæ. De Germanis, Belgis, & cæterarum gentium eruditis, aliàs fortè, volente Deo, agemus.

FINIS.